Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0002-2

No 277. 18.
8

ASSERTIONVM 1596

# DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS CENTVRIA

*Quam*

EX IVRIVM FVNDAMENTIS CONTEXTAM, ET TVM VETERVM tum recentiorum Interpretum notis ac argumentis illuſtratam

*SVB*

Auſpicio Diuini Numinis

*In illuſtri Academia Francofurtana cis Viadrum*

publicæ diſquiſitionis eſſe voluit

*GEORGIVS HEINRICVS BOLFRAS. J. V. D.*

*Reſpondente*

IVSTO BRVNINGIO HALLENSI VVESTPH. LL. S.

*Prioris partis themata 8. poſterioris 15 Iulij diſcutientur, in auditorio maiori hora 7. matutina.*

IMPENSIS FRIDERICI HARTMANNI Bibliopolæ, & Typis Nicolai Voltzij Anno 1596.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0004-3

# CLARIS. V.

## DN. MICHAELI BOLFRASIO

*J. V. D. Syndico Academiæ Francofurtanæ & Cancellario Bieberſteinenſi, fratri ſuo germano & cariſsimo.*

MEditanti mihi diſputationem iuris illuſtriorem, frater cariſsime, placuit de pignoribus & hypothecis diſſerere, tum quod eam materiæ iſtius amplitudinem utilitatemq́ animaduerterem, quæ per omnes uniuerſi iuris partes ſe diffunderet, adeòq́ & contractibus & iudicijs robur quoddam & authoritatem adderet, tum quod intelligerem, tot inuolucris illam & dubitationum gyris tot ſinuoſis quæſtionibus implicatam, ut præſtantiſsimis etiam veterum & recentiorum Interpretum nodus Gordius exiſtimaretur: Dicto fides habebitur, ſi quæ de ſeruitutum hypotheca, de alienæ rei, cuius dominium ad debitorem tandem peruenit, obligatione, de intellectu l. rem alienam de pignor: act. & l. ſi Titio de pignor: de prioritate & ordine Creditorum, de priuilegio Dotis & Fiſci, opinionum uarietas ſit per tranſennam ſaltem inſpiciatur: Apparebit inde uel Alciati, Conani, Roberti, Donelli, Balduini, Hotomanni, & aliorum, ut ueteres præteream ſexcentos penè, iudicio,

nihil illis ipſis & eius farinæ articulis plurimis, uel difficilius eſſe uel intricatius. Equidem, ut ingenuè fatear, cum in lectionem illorum inciderem primo intuitu quid ſentirem, quibus æſtipularer ferè dubitabam: At re penitius inſpectâ, & ad ueritatis trutinam appenſâ, alios alijs in eruendis fontibus, & inueſtigandis rationibus juris & accuratiores fuiſſe & induſtriores cognoui, quos ut ſequerer pro ingenij mei judicijq́ viribus, molitus fui unicè. Sed ut de aliorum quoq́ judicio & cenſurâ mihi conſtaret, hanc ipſam enunciationum centuriam in diſquiſitionem publicam produxi Ità enim ſententias ſententijs componendo, ueritatem â falſo fictionem à jure, certudinem ab opinione, ſecerni, ſeparari & diuelli quam rectiſsimè poſſe exiſtimaui. Tibi mi frater, hoc quicquid eſt uel laboris uel diligentiæ, datum, dictum, addictum volui, uel ex eo, quod huc usq́ penes te coniunctionis iſtius quam nobis natura communem fecit, tanta fuerit obſeruatio, ut nihil prius judicaris aut antiquius, quam quo beneuolentiam & amorem tuum fraternum, prolixè ſatis mihi teſtatum faceres. Proinde hoc ipſum quod de pignoribus propoſui, pignus affectionis meæ reciprocæ habeto, quam tibi tuisq́ dum me fata ſuperſtitem eſſe voluerint, ſartam tectam ſeruabo. Vale.

*Georgius Heinricus Bolfraſs: I.V.D.*

IN

# IN DISPVTATIONEM CL. V. Dn. Georgi Heinrici Bolfraſij V. I. D.

*Pignora verſantem poſt quam Themis aurea vidit,*
*Fertilis ingenii pignora, dixit, erunt.*
*Ut deponentem ſua pignora vidit Apollo,*
*En, ait, hæc reddens pignora quãta feret?*
*Pignora virtutũ vel honoris pignora noſtri,*
*Non hypothecarum certior eſto fides.*

In eiuſdem nomen

ἀναγραμματικῶς

GEORGIVSHEINRICVS BOLFRASIVS

*aſpiratione eliſa*

IVRA COLIS. FRONS SVRGE VIGEBIS.

*Arbor vt umbroſas pandit benè conſita frondes,*
*Sic ego Bolfraſium ſurgere dico genus.*
*Namq; Pater ſtudiis clarus, velut arbor, in orbe*
*Fructibus inſignem protulerat ſobolem.*
*Frondis honos exſtat geminæ Frons altera opacat*
*Hoc Viadri littus · altera ſurgit adhuc.*
*Arboris inſtar agis fructus tu clare MICHAEL.*
*Ptomittit ſtudium quanta GEORGI tuum?*
*JVRA COLIS pernox & perdius artibus ornas*
*Ingenium, ſtudiis exhilaras genium,*
*Creſcite Bolfraſii Tu FRONS age SVRGE, VIGEBIS,*
*Veſtra nec abſq; novis frondibus Arbor erit.*

Chriſtoph. Pelargus D. Superattendens generalis Marchiæ.

Vire

Viro Clariſs.

# DN. GEORGIO HEINRICO *Bolfraſio I. V. D. affini cariſs: diſputationes de pignoribus edenti.*

PIgnoribus quod ſit ius, quæ natura, ſagaci
BOLFRASI, ingenio dum ruis atq; notas:
An non das Themidi noſtræ hoc quaſi pignus, ab ipſa
Quod pendere velis totus, & ex animo?
Sic eſt; ſed vereor, tuus ut ſis totus: habet te
Credo, etiam nexum pignore Diua venus.
Vt cunq; eſt: poſthac vel utriq; vacabis, & edes
Pignora culta foro, pignora multa toro.

*Balthaſar Caminaus.*
*J. V. D.*

## *Eidem.*

BOLFRASI generis tui columna
Et ſpes altera, flos coruſce Legum,
Et ſacræ Themidos perite myſta;
Quid de pignoribus cies anhela
Acer bella, manu potente, forti
Geri neſcia brachio, ſed acri

Tentans

Tentanda ingenio, gerenda voce!
Non tu Delia bellici cruoris
Solamen folia, aut aves coronam
Qua donat labor Iſthmius probatum
In pugna pugilem: tuum revinxit
Pridem Diva caput roſis odoris;
Queîs non Ida tulit magis ſalubres,
Queîs non Hybla tulit magis nitentes,
Queîs non Aſcra tulit magis perennes.
Præſtans ingenio, diſertus ore,
Doctus mente, parentis æmulator
Magni, conciliabis oſca noſtro
Iuri jura: tuis miniſtrat armis
Cohors Pieridum: grauis ſonantem
Fert arcum Sophia: & minerva telum:
Tutum fert clypeum Themis verenda.
Ponis pignora perpetes labores;
Feres pignora perpetes honores.
O certamen adi, merere palmam
Culta voce, animo ſagace, amico
Vultu: falſa fuga: tuere vera.
Sic dextro tibi Marte pugna cedat,
Et plauſu faveat ſuo theatrum.

*M. Caleb Trygophorus profeſſor*
*Logices F.*

# DISPVTATIONIS DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS.

## PARS PRIOR DE IVRE *pignoris conſtituendi*

### *Aſſertio.* I.

PIgnus, in generaliori ſignificatu, rem *A*) dicimus creditori in ſecuritatem debiti *B*) obligatam.

A) *Interdum vox pignoris in jure noſtro obligationem uel contractum ipſum denotat ut in l.* 1. *& ib. gl. in pr. de pignor: act: l.* 1. *§ fin. de pact: l. cum conſtat. & t. tt. C. Quæ res pign: t. tt. C. ſi alien: res pignor: l.* 4. *de pignorib. t. tt. ff. Quibus mod: pign. uel hyp. ſol: Frequentius tamen rem ipſam quæ in obligationem deducitur, ut in l.* 6. *§ fin. l.* 8. *§* 4. *&* 5. *de pignor: act. l.* 17. *§* 7. *de pact. § Item ſeruiana Inſt. de Actio: Sic accipitur in: tit: ff. & C. de diſtract. pign. Diſtractio n. pignorum non aliter poteſt intelligi quàm rerum obligatarum pro debito. Duar. h. t. c.* 1. *in pr. Vult. in Meth. lib.* 1. *c.* 34. *V. Balduin. de pignor. c.* 1. *Hot. tit.* 1. *pag.* 2. *Moz. c.* 1. *n.* 11. *ubi de ſignificatione pignoris plura congeſſerunt.*

B) *argumento § fin. Inſt. Quib: mod. re contr. obligat: § unde conſtat Inſt. De obligat: quæ ex delict. l. plus cautionis de R. I. Sic: Fideiuſſores dari Caius dicit, ut ſecurus reddatur aduerſarius l.* 1. *Qui ſatisd. cog. §* 1. *I: de fideiuſſ:*

II.

Simulq; Hypothecam complectimur. A) Cæterum in ſpecie & magis propriè B) Pignus rei traditæ eſt, Hypotheca autem rei non traditæ C)

*A) d. § Item Seruiana. argumento tit. ff. de diſtr. pign. & hypothec.*

*B) d. § Item Seruiana l. 9. § 2. de pignor. act. Hinc. Moz. c. 1. n. vult. d. lib. n. 3. & alijs proprium pignus dicitur: Nempe, quia pignus ſi ἔτυμον ſpectes, à pugno deducitur, nec, niſi de manu in manum tradatur, recte & proprie contrahi intelligitur l. 238. § 2. & ib. God. Alc. & Forn. de V. S l. 35. § 1. de pignor act. l. 36. de acquir. poſ. l. 16 de vſucap. DD in d. § Item Seruiana & d. l. 9. § 2. Vnde & rei mobilis ut plurimum eſt, in hanc n. cadit ut pugno capiatur: Et ſi ob traditionem etiam ad res immobiles, quarum poſſeßio ad creditores tranſijt, non ineptè referri queat. Donel. in d. § item ſerviana Scitè Chryſoſt. quem refert Tial. ab Eißing in d. § item ſeruiana ad Pſ. 38. Pignus inquit pro pignore, re & quidē mobili, contracto, hypothecam pro pignore nudo conſenſu & re immobili accipiunt eadem licentia, qua & apocham ab acceptilatione, & qua medici quidam anthraca â carbunculo, & Theologi Pentecoſten à quinquageſima.*

*C. l. 1. l. 9. § 2. de pignor. act. d. § item Seruiana ib. nudâ conuentione DD pignus improprium uocant. Verum ſi ipſius uocabuli vis conſideretur, apparebit Hypothecam ad utramq; ſpeciem rerum pignori oppoſitarum pertinere. Eſt. n. verbum Græcum ὑποθήκη & quidem generale, idem valens, quod obligationi & nexui ſubiectum. Iuſtin. a. quando hypothecam ſaltem in re, quæ nudâ conuentione citra traditionem tenetur conſiſtere uult, uerbum generis ad ſpeciem pignori contrariam retorquet. ſ. ut ab inuicem ea rectius diſtinguat. Quod non eſt infrequens in jure noſtro. Nam & verba, Adoptionis, Actionis, Iuriſdictionis, pacti, cognationis, depoſiti, etc. generis & ſpeciei ſignificationem obtinere conſtat ex l. 1. & 2. de adopt. l. jureconſultus § inter agnatos d. grad. & aff. l. inter agnatos 5. Vnde legit. l. pecuniæ § actionis, de V. S. l. 5. 6. 12. 17. Depoſ. cum ſimilib. Quia natura rerum ità conditum eſt, ut plura ſint negotia quàm vocabula l. 4 de præſcript. uerb. Cætera quæ ad differentiam pignoris & hypothecæ pertinent repete ex notat. ad th. 20. lit. E)*

Verba in iure nunc generis nunc ſpeciei uicem obtinent.

III.

Conſtituitur pignus vel publicè vel priuatim *A*) Hinc pignus aliud publicum dicitur, aliud priuatum. Publicum eſt uel rei judicatæ uel contumaciæ. Hoc coercendæ alicuius contumaciæ *B*) Illud exequendæ rei judicatæ cauſa *C*) ex judicati bonis publice juſſu Magiſtratus *D*) capitur *E*)

A) *Publicè conſtitui pignus ob hanc rationem dicitur, quod non priuatò ſed publicè occupetur, quamuis & priuatæ & publicæ rei cauſa conſtituatur Del. in l. contractus 23. d. R. I. c. 10. Prat. in lex. verb. pign. Hinc illud eſt: Quod per officium eius qui illud decreuit Prætoris ſ. diſtrahi, & uenundari ſoleat, non per eum qui judicatum fieri poſtulauit ex reſcripto Alex. in l. 2. C. ſi in cauſa judic. Cuiac. 5. obſ. c. 30.*

B) *Eius nimirum qui in jus uocatus ire aut reſpondere contemnit l. 1. § quid ergò de vent. inſp. Vel. tutorum & curatorum, qui iuſsi non cauent, § pen. Inſt. de ſatisd. tut. l. 3 C. de ſuſp. tut. l. 1. de adm. tut. Sic olim ſenatores in ſenatum ire nolentes pignoribus captis coerceri potuiſſe Cic. author eſt Philip. 2. & lib. 3. de Orat. Suet. in Iul. Conan. lib. 1 com. c. 4. n. 1 Magiſtratus item municipales, ſi munere iniuncto fungi detrectent, per præſides cogendos eſſe, remedijs quibus tutores cogi ſolent, ad munus quod ipſis iniunctum eſt, agnoſcendum Vlp. ait in l. ſi quis Magiſtratus 9. de mun. & honor. Bald de pign. c. 8.*

C) *Hinc DD. pignus Iudiciale dicitur. Et differt à Prætorio de quo paulo poſt. Hoc n. miſsio in poſſeſsionem, conſtituit, l. miſſo Pro emt. l. 2. § 1. de reb. eor. l qui legati C. Vt in poſſ. leg. & creditori miſſo, rei oppignoratæ aſsignatur detentio, l. 2 l. cum Rempub. C. Qui pot. in pign. Iudiciale uero à creditore vel eo ſecundum quem iudicatum eſt non occupatur niſi in caſu l. 3. C. Si in cauſ. iud. ſecundum quam intelligenda eſt l. 2. C. Qui pot. in pign. ſed officio Prætoris capitur & diſtrahitur l. 1. & 2. C. ſi in cauſa iud. Cuiac. d c. 30. Accedit, quod Prætorium pignus nullâ præcedente ſententia, per ſolam inmiſsionem creditoris, ex primo decreto conſtituatur. Iudiciale v. non niſi præcedente* Quid prætorium pignus à judiciali differat.

 *ſententia,*

ſententia, uel re iudicata decernatur, quam differentiam Negus: not: memb. 3. p: 3. n. 1. tr. de pignorib. Cuiac. d. c. 30. aliam inſuper conſiderat: Quod in pignore Prætorio non obſeruetur priuilegium temporis inter eos qui eiuſdem tituli ſunt, ſiquidem miſsio rem non perſonam reſpiciat l. cum unus de reb. auth. jud. poſſid. At Iudiciale cum in perſonam conſtituatur, ex priuilegio & ordine temporis utiq; æſtimatur l. ſi & jure Qui pot. in pign: Hinc conſtat: quam recte Neotericorum nonnulli ſpecies haſce confundant ex quibus Duar: eſt de pignor. act. c. 2. VVeſ. in par. de pignor. n. 3. Conan. 4 com: c. 16 n. 10. Bald. c. 8 de pign. in f. Donel de pignor. c. 5. in pr. Quas tamen & nomine & re ab inuicem diſtare, & in C. ſeparatis titulis, tractari conſtat. prout hoc ipſum ex uetuſtiorib. plurimi quos citat Negus: d. loco & Moz. c. de diuiſ: pign. n. 23. obſeruarunt.

D) tum demum quando Iudicatus intra tempora judicati, quæ duob. olim, ut not. Cuiac. 3. obſ c. 39. & 5. obſ. c. 30. hodie quatuor Coſtal. ad l. tutor 4. de vſur: & fructib., Iure Saxon. 6. menſibus. Fach: diff: 56. Renb. differentia 9. Iudic. includuntur, pecuniam non ſoluit l. 2. & fin. C. de vſur. rei judicat.

Ordo procedendi in capiendis pignoribus.

E) l. 4. § ſed ſi pignora de re jud. l. 3. § pignori tamẽ capi de reb: eorũ l. ſi ex cauſa 9. in pr. de minor. l. 2. C. Qui pot. in pig. l. 2 C. ſi in cauſam judic. Cuiac. d. c. 30. Dua d. loco c. 2. Ordinẽ v: procedendi in capiendis pignorib9. Vlp. præſcribit in l. à Diuo Pio 15. de re judicat. cui correſpondet l. 5. § cum paſsim de reb. eorum l 12. § fin. de Relig. & ſum. fun. l 22. C. de adminiſt. tut. Et capta quidem pignora: ſi amplius ſolutionem creditor differat ex judicis authoritate, non eius, qui judicatum fieri poſtulauit arbitrio, uenduntur l. 2. & 3. C. ſi in cauſa judic: niſi forte per calliditatem aduerſarij emtor inueniri non poſsit, quo caſu dominium creditori authoritate Principis rectè addicetur l fin. C. d. t. l. ordo rei geſtæ C. de execut. rei iud. ea quantitate ſ. quæ debetur, vel ut Gothofr. ad illam l. pro rata debiti. Quod ſi creditor maluerit pignora in creditum poſsidere, ijsq; contentus eſſe ſubijcit Vlp. quod non poſsit amplius quod ſibi debetur, petere, quia uelut pacto tranſegiſſe de credito uidetur.

IIII.

Priuatum pignus rei priuatæ cauſa quæritur, nunc

tacitè

tacitè *A*) nunc expreſſè. Tacitè, quidem uel Lege, uel Senatus conſulto, uel Moribus populi Romani, uel Iureconſultorum interpretatione. *B*)

A) *ipſo jure ſ: ſine ulla partium expreſſa conuentione; l. 1. & t. tt. C. In quibus cauſis pign. tac. con. l. 1. § & ut plenius C. de rei uxor. act. DD. pignus legale uocant, uel legitimum per l. 4. de pact. Donel. c. 4. in pr. Alth. in Meth. lib. 1. c. 31. Vult. in Meth. lib. 1. c. 37. arg. l. 3. & fin. C. in quibus cauſis l. 1. ib. quæ etiam nullo præcedente uerbo ab ipſa lege poſsit induci C Com. de legat. l. cum oportet. § fin. ib. tam ueteres leges C. d. bon. quæ lib.*

B) *Hot. tit. 2. Don. d. c. 4.*

V.

Lege, pignus tacite quæſitum eſt Fiſco *A*) in bonis Adminiſtratorum *B*) uel debitorum ſuorum, quos uel ex cauſa tributi *C*) uel ex contractu, *D*) ſibi obligatos habet, *E*) non etiam ex delicto *F*) Quod ſi cum minore contraxit Fiſcus, non omnia minoris bona pignori nexa ſunt, ſed res ſaltem, quarum gratia contractus initus eſt. *G*. De pignore tacito.

A) *Merito pignus quod Fiſco competit primo loco ponitur, cum nullum eo ſit frequentius: Unde Hermogenianus in l. aufertur § 1. de Iur. Fiſc: Fiſcus inquit ſemper habet jus pignoris Bald. c. 7.*

B) *l. 1 2. & 3. C. de priuileg. Fiſc. Bald. d. c. 7. VVeſenb. in par. t. In quibus cauſ. pign tac n. 4. Hot. Don. & alij, dd. locis.*

C) *l. 1. C. In quibus cauſis l. 1. C. ſi propter publ. penſitat: uendit: fac. l. 2 C. ſine cenſu uel reliq.*

D. *l. 2. C. de priuileg. fiſc. l. Aelianus 10. de Manumiſs. l. 2. C. in quib. cauſis. Hæc v. publicæ utilitatis cauſa ita conſtituta eſſe Donel. judicat c. 4 & Conan. 4 com. c. 16. n. 1. Cum n. debitor fiſci ſit debitor q. patriæ, & pecunia fiſci pecunia patriæ, non mirum eſt, ſi id quod communi patriæ emolumento, belli paciſq; tempore inſeruit, omni ratione, & quidem inprimis perſolui debeat.*

E) *ſi tamen & ſuo jure Fiſcus utatur: Cæterum ſi in priuati locum uel jus ſuccedat, ratione debitorum priuati, tam in priuilegio hypothecæ*

thecæ tacitæ, ſi quã habuit priuatus, quam in prioritate, jure priuati utitur per l. 6. d. Iur: fiſc. argumento l. qui in jus d. R. I. Don. d. loc. Sic ſi cum priuato concurrat Fiſcus, et de lucro captando certet, priuatus autem de damno vitando, priuati potius quam Fiſci rationem habendam eſſe Negus. tradit 4. memb. 2. part. n. 118. ex authorit. Ias. in l. 1 ſol. matrimonio & aliorum quibus etiam aſtipulari videtur Bald d. c. 7.

F) per. l. quod placuit 37. de Iur fiſc. l. unic. C pœn. fiſcalib. creditor. Bl. & Alex. in l. 10. de pact. quos ſequitur Bald d. c. 7 VVeſ. in par. t. Qui pot. in pign. n. 4. Iniquum n. foret, ſi Fiſcus pœnam exigendo, alijs rem ſuam & ipſis & patrimonio illorum debitam præferretur, cum pœnæ fiſcales non principaliter ſed per conſequentiam ſaltem ad Fiſcum ſpectent, vnde nec illius conditio ita deterior redditur, ſi pœnis quàm ſi pecuniâ ex contractu ſibi debita defraudetur Quo pertinet, quod Vlp. in l. reſcriptum de pact. Eſſe, dicit, quoſdam caſus, in quib. fiſcus hypothecas non habeat. Don. d. c. 4.

G) per text. l. 1. in fin l. 2. junct. gl verb. emerit. de reb. cor. Et hoc ipſum ex ſingulari priuilegio Fiſci, quod cum publicam concernat utilitatem, fauor perſonæ minoris imminuere non poteſt. Nam & pro regula traditur: Quod priuilegiarius aduerſus priuilegiarium priuilegio uti non poſsit: Cuiac. tr. de feud. lib. 2. tit 14 Hot. tit. 4. mihi pag. 77. Negus. p. 2. memb 4. n. 113. notatur plurib. 1. ad theſ. 82. lit. E.

## VI.

Fiſco ſuccedit Pupillus: qui & ipſe in rebus ſuâ pecuniâ emtis *A)* nec non in bonis tutorum, Minores item in bonis curatorum, ratione adminiſtrationis *B)* uel etiam litis ſuſceptæ. *C)* ius tacitæ hypothecæ habent *D)* Quod ad hæredes eorum non ſine ratione extenditur. *E)*

A) per l. 3. de reb. eo. qui ſub. tut. uel cur. l. pen C. de ſer. pign. dat. ma. argumento eius, quod cæteræ res aliorum pecuniâ emtæ, non niſi ex conuentione manifeſtâ obligationi ſubiaceant l. quamuis C. de pignor. l. procuratoris § planè de tribut. act. Hot. tit. 2. pag. 40. Don. c. 4. mihi pag 579. Couar. uar. reſolut lib 1. c 7. n. 3. Negus p. 2. memb. 4. n. 163. ubi diſſentientes referunt. not. 1. ad theſ. 85. lit. B.

B) l. pro officio adminiſtrationis C. de admin. tut. l. unic. § 1. C. de

rei

rei uxor. act. l. fin. In quibus cauſis pign. tac. Quod ipſum Con. 4. com. c. 16. n. 4. & Negus. p. 2. memb. 4. n. 6. ad eum qui pro tutore negotia geſsit, non improbabiliter extendunt per l. 1. § non tantũ & l. fin. de adm. tut. gl. in d. l. pro officio & l. dabimus. de priuil. cred quippe cum ſufficiat eum adminiſtraſſe & bonis pupillaribus ſe implicuiſſe. fac. l. pen: de tut. Petr. Vand. de priuil. cred. c. 6.

C) per. text. expreſ. in l. properandũ § fin & ib. DD. C. de Iudic: Neg. p. 2. mẽb. 4. n. 7. Quod in curatore bonis dato uix obtinuerit: Hunc enim cũ perſonali priuilegio, quod pupillis conceditur in bonis tutorũ uel curatorũ LL. eximant l. idem de priuil. cred l inter bonorum de adminiſt. bon. à jure etiam hypothecæ tacitæ & quidẽ multò magis immunem eſſe noluerunt Bald. c. 7. mihi p. 6, 4. Vand. d priuil. cred. c. 7.

D) idq; ſtatim à tempore ſuſceptæ tutelæ ſecundum Salic, Iacob. d. Aret. Cyn. Bl. & alios in d l. pro officio. Negus: d. memb. 4 n. 12. text. l. cum oportet § fin C. de bon. quæ lib. Idem juris ſuggerente humanitatis ratione, Prodigis, furioſis, & mente captis fortè conceſſerimus: Præterquam n. quod eorũ cum pupillis & minoribꝰ eadẽ ferè in toto jure habeatur ratio l. interdum 29. de cond. indeb. l. 3. uerſ cum non abſimilis C. de in integ. reſtitut. l. furioſi de R. I. Cuiac in l. is cui de V. O. Eberh. in Top. loco. A minorib. ad furioſos, & prodigos. Conſtat ex Vlp in l. dabimus § fin. cum LL. ſeqq de priuil cred, æquiſsimũ eſſe, ut quod pupillis priuilegium datur, cæteris etiam quibus Curatores quaſi debilibꝰ uel prodigis dantur uel ſurdo uel fatuo competat: Aequiſsimum igitur et fuerit ſi jus hypothecæ tacitæ iiſdem concedatur per text. l. fin. de adm. tut. Conan. 4. com. c. 16. n. 4 Sed juris ratio vix id patitur per not: ad theſ. 8. 1 lit D. Quid de prodigis & furioſis.

E) per text. d. l. properandum ib. hæredes: Succedunt n. hæredes in bona & ius defuncti, & conſequenter in omnes actiones, l. 37. de acquir. hær. l. hæreditas d. R. I. argumento l. 3. in pr. de bon poſſeſ. ut non mirum ſit, ſi & oneribus quæ hæreditati adhærent, eandemq; concomitantur ſubiaceant. Scilicet hoc regulare eſt, ut res quælibet tranſeat cum ſuo onere l ſi conuenerit l. 18 § ſi fundus de pignor. act. l. ſi debitor 12. C. de diſtract. pign. l. res pignoris 10. C. de Remiſs. pign. per l. alienatio de contrah emt. Num F. etiam res hæredum propriæ obligatæ fuerint? Quod ex auth. Raph. Cum. conſ. 58. rectè negat Negus. d. memb. 4. n. 11. per text. l. 20. in pr. d. Minor. Etſi in cauſa Primipili aliud forte contra rationẽ iuris ſancitũ reperiatur in l, fin C, d, Primipil. lib. 12. Hæredes in bona & ius defuncti ſuccedunt.

Eodem

## VII.

Eodem jure Orphanotrophia in bonis Orphanotrophi *A*) Eccleſia in bonis prælati Eccleſiæ *B*) Legatarij item, & fideicommiſſarij, in rebus defuncti teſtatoris ratione legati, & fideicommiſſi utuntur. *C*,

A) *Negus. d. memb. 4. n. 123. poſt. Bl. in l. ſi quis preſbiter 20. in pr. C de Epiſc & Cler. Aequiparatur n. tutori & curatori l. Orphanotrophos C. de Epiſcop. & Cler. & rationib. tutelaribus ſeu curationibus æquè dicitur obnoxius d. l. Orphanotrophos.*

B) *Prælatum n tutori ſimilem eſſe uoluit, Ab. in c cum deputati extr. de Iud. & ib. Fel col. pen uerſ. Quando prælatus æquiparetur tutori Negus: p. 2. m. 4. n. 120. & ſeq. Goffr. in ſumma: de pignor n. 14. Moz. de pignor. c. de ſubdiſt. pign. n. 6. Vult. in Meth c. 34. lib 1.*

C) *§ noſtra. Inſt. de leg. l. 1. C. com. de legat. ex ratione quam Imp. ib. ſubijcit. Sed Legatarios in ea tantum parte quæ de bonis ſeruari poteſt habere pignoris cauſam Papin. ait in l. 4 de ſeparat. ſ: ſi primum deducatur æs alienum l. 1. C. de bon. auth. jud poſſ. argumento l. mulier bona de Iur. dot. l. non poſſunt de Iur. fiſc. V. Negus. d memb. 4. n. 117 cum ſeq qui ſex limitationibus hanc noſtram concluſionem declarat. & Hot. tit. 1. Bald. c. 6. in f.*

## VIII.

Nec id denegatur liberis in Parentum ad ſecunda uota tranſeuntium bonis pro conſeruandis ijs quæ ex priori matrimonio lucrati ſunt *A*) nec filio in bonis patris ratione bonorum aduentitiorum, *B*) Sane etiam ſecundi mariti bona cui mater poſt legitimam â ſe ſuſceptam tutelam contra Sacramentum præſtitum denupſit, non petito alio tutore, nec eo quod ratione geſtæ debetur, perſoluto, pupillis jure pignoris tacito intellectu tenentur *C*) Quod in bonis parentum pro conſequendâ legitimâ uix concedi poſſe putamus, *D*) licet id nonnulli uelint. *E*.

A) *l. ſi quis prioris § in illo ub. Bl. l. hac edictali § omnibus*

C. d.

C. de ſecundis Nupt. l. cum oportet § fin. C. de bon. quæ lib. Negus: d. memb. 4. n. 19. & 20. Hot. tit. 2. mihi pag. 41. Bald. c. 7. Incipit hæc hypotheca à die quo bona uel res ad alterutrum eorum peruenerunt d. § omnibus & d. § in illo. Negus. d. loco. n. 22.

B) d. l. cum oportet § fin. d. l. ſi quis prioris § illius etiam patris. Indiſtincte quidem ſiue Pater uſum fructum in illis habeat ſiue non ſecundum Bl. No. in tr. Dot. part. 9. priuil. 8. per ea quæ th. 6. lit. B. de eo qui pro tutore negotia geſſit, not. Præterquam quod priori caſu ſaltem ex dolo patrem, ſi ſponte ſe bonorum iſtorum adminiſtrationi immiſcuerit, gl. Br & Bl. in d. l. cum oportet § non autem & § fin. Poſteriori v. etiam ex culpa teneri ſtatuant quos ſequitur: Negus. d. loco n. 14.

C) Et hoc Imp. Theod & Valent: in l. ſi mater C. In quib. cauſis pig. uel hyp. & l. 2 C. Quando mul. tut. officio fung. conſtitutionibus ſingulari quadam ratione ita prouiſum eſſe tradunt Don. c. 4. & Bald. c. 7. quia n. affectando eam maritus facit ut contra juramentum agat, hoc etiam in uicem pœnæ, temeritati ſuæ acceptum ferat: Negus. d. memb. 4. n. 156.

D) Ex author. Alex. in l. in quartam col. 7. uerſ. confirmo prædicta. ad L Falcid. & conſ. 78. uol. 2. col. ult uerſ. non obſtat quod legitima, cui ſuffragatur communis opinio in d. l. in quartam: Negus. d. memb 4. n 164. uerſ. vigeſimus quartus, Philip Dec. conſ. 235. n. 6. Io. Ceph. cons 728. n. 20. Præterquam n. quod id jure cautum non reperiatur, hypothecam autem tacitam alijs quam qui lege expreſsi & definiti ſunt caſibus, ſtatuere uix liceat, Crauet. conſ. 692. n 2. & conſ. 872. n. 2. Bl. in l. 2. C. quibus cauſis pig. tac. contr. Col. de proc. execut. p. 1. c. 2 n. 165 & p. 3. c. 11. n. 31. cum erubeſcamus loqui asbque lege § conſideremus Nov. de trient. & ſemis, ſatis proſpectum eſt filijs de legitima condictione quam habent ex lege contra hæredes de qua in § cæterum Nov. Vt cum de appel. cognoſ.

E) Bl. conſil. 171. incip. condemnatus fuit uol. 1. Fulg. conſ. 38. Aret conſ. 156. incip. Diligenter viſis col. pen. in pr. & alij quos citat Negus. & Dec. d. loco.

IX.

Militi inſuper res ex pecunia ſuâ comparata *A)* Et creditori, militia *B)* emta ex pecuniâ ad eam emendam expreſsim mutuata, pignori tacite nexa eſt *C)* Imò & coniugibus pro Dote uel præſtanda uel reſtituendâ *D)* Et Mulieri in bonis Mariti ob donationem propter Nuptias *E)* & Paraphernalium cauſa *F)* hypotheca lege conceſſa eſt.

A) *gl. in l. quamuis la. 3. C. de pignor. & ib. Br. & Salic. Neguſ. d. memb. 4. n. 164. ſed & utilem militi uindicationem dari, ait Philip. Imp. in l. 8. C. de R. V. Quæ uindicatio magis dominij jus quá pignoris ſubeſſe ſignificat Bald. c. 7. in f. Hot. in d. l. quamuis in f. C. de pignor.*

Quid militia Quid caſus militiæ apud Romanos,

B) *Militia penes Romanos, ut hoc obiter notetur, officium dicebatur eorum qui in aliquâ ſchola (. quarum 11, fuiſſe probat ex notit. Imp. Rom. Borch. de Feud. c. 2. n. 8, ) inter ſtatutos relati erant, ex quo ſalaria & commoda â Principe conſequebantur Cuiac. in l. 3 § ſi quid minori de Minor. & No. 35. & 53 Meminerunt eius Iureconſulti paſsim: in l. 22. l. 49. § 1 de leg 2 l 11 § ſi ſeruo l. pen. & fin. de leg. 3 Briſs. lib. 1. de V. S. Caſus verò Militiæ dicebatur id quod mortuo milite hæredes eius uel liberi vel uxor ex communi ſcholæ placito â Principe capiebant. l. fin. C. de pignor. l omnino; § fin. de inofficio teſtamento V. Conan. lib. 4 com. c. 15. per tot.*

C) *l. fin. cum Auth. ſeq. C. de pignor. Negus d. memb. 4. n. 164.*

D) *l. unic. & ib. Er. & DD. § & ut plenius uerſ. ab utraq; parte C. de rei uxor act. l. Aſsiduis 12 C. Qui pot. in pign. § fuerat uerſ. ſed & tacitam Inſt. de Actio. l. in rebus 20 C. de Iur. dot. No. 79. c. 2 Indiſtinctè quidem: ſiue dos ſit aduentitia ſiue profectitia: ſiue ipſæ principales perſonæ dotem dederint, uel promiſerint, uel ſuſceperint ſiue aliæ pro illis; Imo etiamſi dos euicta ſit. d l unic. Quæ ſingula ex traditis DD. plenius explicat Negus. d. memb. 4. n. 24. Bald. c. 7. in pr. adde. Ias. in § fuerat Inſt. de Act. n. 31 VVeſ. in par. de Iur. dot. n. 6. Bl.*

6 Bl in l. 1 poſt. gl C. de Iur. dot & conſ 63 n. 4 & ſeq. Singulare nimirum illud eſt in dote, quod, cum eius cauſam præcipuam eſſe adeò Reip. interſit l 1. ſolut matrimonio & ib Br. & DD. Don h. c 4. tantum ualeat ad exigendam eam, dictio Dotis atq; ipſa promiſsio, nuda pactio atq; ſtipulatio l. ad exactionem C. de Dot. promiſſ d l. unic. in pr Proinde conſtat hypothecam quæ pro dote competit à die promiſsionis & contracti matrimonij ſtatim incipere: quem articulum pluribus perſequuntur Negus p 2 m. 4. n. 80. & ſeq. Bl No tr. de dot. pr. 10 n 37. VVeſenb. conſ 49, n 2 & 50 n. 25. Boer. deciſ 331 n. 8 cum ſeq. Soar. lib. R. S. n. 311. Tiraq. de retr. lig. § fin. n. 3. Suffragatur conſt. Sax. 3. de contractibus in manuſcr. adde Pariſ. conſ. 102. n. 17. lo. Ceph. conſ. 408. n. 7 & conſ. 448. n. 35.

E) l ubi ad huc 29 in pr & ib. gl. & DD C. de Iur. Dot. fac l. fin. § ſin autem minime C de pact. conuent. Bald. c 7 in pr. Negus. p. 2. m. 4. n. 64. & ſeq. Bl No. d loc. n 30 & p. 12. n 60. VVeſ d. conſ. 49. n. 7 licet non omnino conſentiat Gomeſ. in § fuerat de Actio: n. 39. Fr. Burſ. con. 120. n. 50.

F) d. l. 29. in pr. quæ ſ. præter Dotis cauſam ad maritum mulier detulit, de quibus agitur in l. 9 § 2. de Iur. Dot. l. donationes § ſpecies, de Donat. d l. fin. C. de pact. con. Negus. d loco n. 64. 65. & 66. Myns: in § fuerat. I. de Act. n. 23. & ib. Schn. n. 78. VVeſ. conſ. 18 n. 23.

## X.

Senatusconſulto A) Inſulæ creditori pignus in ædificio conceditur, cuius reædificandi uel reficiendi cauſa pecuniam credidit: Quod ad nauis alteriusue rei refectionem Accurſius & pleriq; alij B) referunt. Sed minus rectè.

A) Hoc Senatusconſultum ſub Marco Antonino factum eſſe teſtatur Papin: in l. 1. In quibus cauſis pign. uel hyp. Nec tantum pertinere ad eum, qui mutuam dedit pecuniam: Sed & qui redemtori operis

*Domino mandate, nummos ſubminiſtrauit ſcilicet quia nihil interſit, num Domino ad reſtitutionem ædificij crediderimus, num alij in eam cauſam, argumento l. ſolutum § ſolutam de pign. act. & pr. Inſt. Quib. mod. toll. oblig. Don. c. 4. Sanè diruto ædificio uel etiam conflagrato extingui jus pignoris communis habet opinio poſt. gl. in l. 1 de Ceſſio. bon. quam ſequitur Zaſ. ad l. 25. de reb. cred. Moz. de diuiſ. pig. n. 23. argumento l. 10. § in nauis Quib. mod. uſusfr. amit. l. 56. § fin. de leg. 1. Diſſ. Goth. ad l. 5. Qui pot. in pign.*

B) *in l. interdum 5. Qui pot. in pign. & Auth. quo jure C. Qui pot. in pign. per l. 52. § 10. Pro ſoc. l. 25. de reb. cred. l. 1. in quibus cauſis pig. tac. cont. Gail. 2. obſ. 12. n 4. Negus d. memb. 4. n 162. quos ſequi uidetur Bald. c. 7. Mynſ. cent. 1. obſ. 60. Moz. de ſubdiſtinct. pign. n. 10. Vult. in Meth. lib. 1. c. 34.*

C) *tum quia Sctum de refectione ædificij ſpecialiter factum eſt, nec ſimile quid de alijs rebus ulla lege ſtatutum reperitur: tum quia nauis alteriusue rei reficiendæ & domus reſtituendæ non una eademq; ratio eſt: Hic n. publica quædam uerſatur utilitas, ne dum caſſæ & ruinoſæ relinquuntur ædes, dignitas & aſpectus urbis deformetur: Cuius conſeruandi cauſa etiam contrà non neceſſarias demolitiones, multa LL. cauta & conſtituta ſunt. Hinc actio de tigno juncto alienis ædibus eximendo lege 12. tab. interdicta eſt. l. 1. de tigno junct. § cum in ſuo Inſt. de R. D. Hinc Sctis ea quæ ædibus juncta ſunt legari prohibentur l. cætera de leg. 1. l. 2. de ædif. priuat. Don. c. 4. Certe: Qui in refectionem nauis alteriusue rei credidit, niſi expreſſe ſibi de hypotheca proſpexerit, tacito uel legali pignore non gaudebit. Nam & No: 97. § his conſequens: ijs confertur, quorum pecunia, ager, uel aliud quiduis emtum eſt, quibus tamen eundem obligatum eſſe minime dixeris, niſi ex ſpeciali & expreſſâ conuentione l. quamuis C. de pignor. Gail. 2. obſer. c. 12. n. 3. Couar. V. R. lib. 1. c. 7. n. 3. Cuiac. tr. ad Affr. 8. mihi pag. 539. Sic: in l. 26. & 34. de reb. auth. jud. poſsid. priuilegium habere dicitur poſt Fiſcum: Si jus tacitæ hypothecæ haberet, fiſco præferretur per l. 8. C. Qui pot. in pign. Quod verò Vlp. in: l. 5. Qui pot. in pign. cæteris creditoribus eum anteponit, ſingularem rationem habet, quam ſtatim ſubiungit in l. 6. Quia ſaluam fecit totius pignoris cauſam. Unde licet poſterior ſit qui credidit, tamen ex hac cauſa quæ ſummã æquitatem redolet, alijs qui eandem rem*

*ſibi*

*ſibi oppignoratam habent merito præfertur: Don. d. loc. Conan. 4. com. c. 17. n. 13. & 14. Hot. tit. 2. & ad l. quamuis C. de pignor. Gail. lib. 2. obſeruat. c. 12. n. 3.*

## XI.

Moribus populi Romani *A*) eo jure utimur, ut inuecta illataue in prædium urbanum eo animo ut ibi ſint *B*) tam pro penſione *C*) quam deterioratione *D*) rei pignori eſſe credantur *E*) At locato prædio ruſtico, fructus ſaltem ob mercedem tacite locatori nexi ſunt, *F*) Inuecta autem & illata non niſi id nominatim conuenerit *G*)

A) *Moribus hoc jus introductum eſſe probat l. 4. In quibus cauſis pign. tac. contr. verb. eo jure utimur: Et Conan. illud ex conſuetudine contrahentium natum lib. 4. c. 16. n. 5. teſtatur, & poſtea in jus abiiſſe. Cuiac. ad l. 4. de pact. Borch. de pact. c. 2. n. 11. Bald. c. 6. in pr.*

B) *h. e. ut ſatis appareat illata fuiſſe hoc animo ut in prædio eſſent, & manerent cum Inquilino l. in prædijs In quibus cauſis l. 32. de pignor. Conan. d. c. 16. n. 8. Quod ipſum ex qualitate & conditione ipſarum rerum facile æſtimare licebit. Bald. c. 6. Don. c. 4. in pr.*

C) *l. 2. 4. l. Pomponius cum duab. ſeq. In quibus cauſis pign. l. 5. & fin. C. eod. l. item quia 4. de pact. l. certi juris 5. locat. l. debitor 32. de pignor. Quod ipſum nonnulli ad aliud quoduis debitum liquidum extendunt argumento l. 1. C. Etiam ob chirogr. l. 5. C. In quibus cauſis Bl. & dd. alleg. per Neguſ. d. memb. 4. n. 129. Sed quid ſi gratuitam habitationem conductor mihi præſtiterit? Certe inuecta â me Domino Inſulæ pignori non fore Pomp. ſcribit referente Mart. in d. l. Pomponius. Imo nec obligata erunt ſi uel ipſe Dominus domum inhabitandam gratis mihi conceſſerit. Negus. d. loc. n. 137. Conan. d. c. 16. n. 7.* Quæritur De gratuita habitatione,

D) *d. l. 2. Bald. c. 6. Nam & damni iniuria dati ædibus præſertim quas ſartas tectas reddi æquiſſimum eſt, quæſtio, non minus quam penſionis exactio digna fauore eſt.*

E) *cui & ſecundi creditoris res eodem jure obligatæ fuerint, ſaltem pro rata penſionis: Nam & hunc ipſum recte ei ſoluere & liberari perinde atq; ſoluiſſet alteri â quo conduxit Vlp. ſcribit in l. ſolutum § ſolutam de pignor. act. Bald. & Negus. d. loc. n. 135.*

 F) d. l.

F) d. l. in prædiis l. eo jure ib. in ruſticis prædijs l. 3. C. eod. l. 24. § ſi colonus l. 5. locat.

G) § interdictum Inſt. de interd. l. ſi non inducta C. In quibus cauſis. ſed quæ ratio diuerſitatis? Alij nullam eſſe quam utilitatis aſſerunt Duar. ad l. 4 de pact. alij conſuetudine ita obſeruatum, quæ poſtea in jus abijt Cuiac & Borch. d. loc. n 9. Rectius Donel cui correſpondet Bald. d. c. 6. & Conan d. c. 16. n. 5. & ſeq. putat; Abſurdum fore cum Locatori pro penſionibus fundi ſatis cautum ſit fructibus, qui uix minoris pretij fuerint atq; ipſa penſio, ſi de aliarum rerum quæ inferri ſolent pignore cogitatum tacitè aut actû eſſe inſuper diceretur. Quid verò illud eſt quod Imp in l. 5 C. Locat: Inuecta à colono, in fundum uoluntate Domini pignoris jure teneri reſcripſit? Qui mentem eius non ſatis aſſequuntur, ſolam uoluntatem Domini, inuectorum obligationi ſufficere contendunt, nec requiri expreſſam conuentionem gl. & dd. in d. l. 5. & § Item Seruiana Inſt de Act. quos ſequitur Negus d loc. n. 145. Sed uoluntatem & ſcientiam ibi pro conuentione expreſſa pignoris accipi, præterq; quod juris ratio monet & textus S adducti, obſeruarunt Interpretum præſertim recentiorum plurimi & præſtantiſsimi Cuiac: ad d l. 4. de pact. & in not. ad Inſt d. § Item Seruiana Duar. ad d. l. 4 Conan. d. c. 16. n 6. Don d. c. .. mihi pag. 576. Bald. c. 6. mihi pag. 686. Menoch. 3. rem. adip. poſſ. n. 35 & 36 Ceras Plat. Gomeſ & dd in. d. § Item Seruiana Hot. c. 2. mihi pag. 44. Mud. de fruct. pign. n 6 VVeſ. in par. t. In quibus cauſis n. 2. Borch. de pact. c. 2, n. 8. 9. 10. & 11. Forcat. in Necyo dia l. 17.

Intellectus l. 5. C. locat.

## XII.

Prædium verò Ruſticum ab Vrbano non loco, ſed materiâ & qualitate Vlp. diſtinguit A) Namq; Vrbana prædia omnia ædificia appellamus non ſolum ea quæ ſunt in oppidis, ſed etiam ſi ſtabula ſint uel alia meritoria in villis & uicis B)

A) l. urbana prædia 198 de V. S. l 1. com. præd. § prædiorum Inſt. d. ſeruit. adde. l. ſi prædium. C. d. præd. min.

B) Quippe

B) Quippe: cum in finem & uſum urbanum eadem exædificata fuerint: Hæc n. ipſa prædij qualitas eſt quam finis & uſus arguit. Sicut amplius Vrbanam familiam â Ruſtica opere ſeparamus non loco l. Vrbana familia d. V. S. Et ſeruũ urbanum ſuppellectilemve urbanam non loco ſed genere uſ9 æſtimamus l. quẽadmodũ de ſup.leg nam quod de pen. legat. l ſeruus urbanus de legat. 3. Cæterum quæ capiendis noctu pecoribus deſtinata fuerint ſtabula, cum hic uſus planè ruſticus ſit, teſtante Colum. lib. 1. de re ruſt. c. 6. in urbanis prædiis haberi uix poterunt: Intelligit itaq; Vlp. ſtabula meritoria, quorum etiam meminit Iureconſultus in l lex Cornelia de iniur. l. ſi cuius § fin. de Vſufr quæ uel abſolutè urbana ſunt, extructa uel ruri, in uillis, ſiue oppidis ſiue in ſuburbijs, in eum finem, ut uiatorum & hoſpitum uel carrucariorum, aliorumq; ſimilium iumenta & pecora pro mercede hoſpitij recipiant. Quo pertinent peculiaria illa edicta Nautæ, caupones, ſtabularij, ut de recept. tene. item Furti aduerſus Nautas, Caupones, ſtabularios. Vel ex conſequenti urbanis annumerantur, ſiquidem & ipſa mercedis gratia ſtabularius exerceat, etſi perpetuo ruri ſint & habeantur, confecta ſ. in hunc uſum â uicinis, ut quæ forte longius, â villis in agros uel paſcua mittuntur pecora, itemq; aratores & paſtores, noctu reciperent: quo maturius manè ad labores ſuos & paſcua redirent. Et de poſteriori ſtabulorum genere loqui Neratium in d l. 4. God. exiſtimat d. l Vrbana n. 4. ſatis probabiliter: Propoſitum n. Neratio eſt tractare de tacito pignore, quod in rebus inuectis & illatis pro penſione quis habet. Idipſum cum in ruſticis prædijs aliter obſeruari oſtendat, merito dubitari poſſe ſubijcit: de ſtabulis quæ non ſunt in continentibus ædificijs, quorum prædiorum numero haberi debeant: Et quidem cum fructus eorum præcipuus in mercede & commercio ſit, uel ex hoc capite, quo ad taciti pignoris cauſam, non multum ea, ab urbanis prædijs differre aſſerit. Vnde conſtat: quam rectè eidem cum Vlpiano conueniat. ſaltem enim quod de ſtabulis iſtis quæ ruri habentur perpetuò, dubitari poſſe innuit, reliqua ædificia ratione qualitatis & uſus urbanis rectè annumerari non negat, quin imo: ipſa tandem ſtabula in effectu juris iiſdem aſſcribi, concludit. Alij tamen aliter hanc rem explicant

Stabula duplicis generis ſunt

*cant Don. d. c. 4. Duar. d. l. 4. Borch. d. c. 2. n. 8. Alth. in Meth. lib. 1. c. 6.*

## XIII.

An inuecta & illata â minore obligata eſſe cenſeantur, quæſtionis eſt. Et obligata eſſe cum communi & ueriori *A)* ſtatuimus. *B)*

A) *quam poſt. gl. in l. fin. C. de legit. tutor. tenet. Bl ib. Ias. Rom. & Alex. in l. ſi conſtante ſol. matrimonio eamq; ueram eſſe & communem atteſtatur Bl in l. unic. § & ut plenius C de rei ux. act. & alij per Negus: d. memb. 4. n. 154 alleg. Soar lib. R. S, lit. C. n. 217. Diſs gl. in d. l 4 de pact. & ib. Br. Fulg. Salic. & Coſtal. Dyn. in § 7. Inſt. de Act. Br. Imol. & Cum. in d. l. 24. Locat. Men. adip. poſſ. rem. 3. n. 66. & ſeq. & de Arbitr. Iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 171. n. 30. & ſeq.*

B) *tum, quod Hypotheca tacita non ab homine ſed ab ipſa lege inducatur; tum quod nusquam ab hoc generali jure res minoris excipiantur. Imo: tacitum pignus etiam in rebus minorum conſtitui non obſcure Paulus innuit in l. 2. de reb. eor. qui ſub tut. Sanè verum eſt, Minorem absq; tutoris authoritate res ſuas obligare non poſſe l. 1. Quæ res pign. l. 5. § 5. l. 7. § 1. de reb. eorum l. ſi ad reſoluendum C. de præd. min arg. l. 3 C. de in int. reſtitut ſed hoc de obligatione expreſſa accipiendum eſt. Tacitam cum ipſa lex inducat, citrà homnis factum & ſubſidium; quorſum authoritas tutoris uel judicis? ſufficiat nempe decretum legis prout latius hoc perſequitur Ias. in d. l. ſi conſtante n. 586. cum ſeq.*

## XIIII.

Etſi autem inuectorum & illatorum obligatio tacita generalis uideatur & perſimilis ei quæ de grege, peculio & tabernâ initur: Attamen Inquilino alienandi ea, donandi & diſtrahendi facultas, in tertium quendam citra onus hypothecæ, non competit *A)* quamuis id nonnulli uelint. *B)*

A) *argumento l 6 In quibus cauſis junct. l. ſi debitor 12. C. de diſtr. pign. & l. 18. § ſi fundus de pignor. act. Hinc illud; Quod in caſu alienatio-*

alienationis Locatori ſaluianum interdictum utile l. 1. d. Saluia. interd. uel hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem concedatur l. 1. C de precar. & ſal. int. Seruum tamen priusquā Locator ei manus iniecerit manumittere Inquilinum poſſe Paulus aſſerit in l. eſt differentia: In quibus cauſis pig. ſed hoc libertati accepto ferendum eſt, cuius fauore placuit, ut generalis hypotheca manumiſsionem retraheret etſi ſpecialis eandem impediret l. 2. & 3. C. de ſer. pig. dat. man. Cæterum ad aliarum rerum alienationem hoc ipſum ut extendatur ratio non patitur: quod uel ipſe Vlp. in d. l. 6. ſatis arguit, quando libertati eiuſmodi pignus non officere aſſerit: Si ſpeciale in libertate eſt: Certè aliarum rerum alienationi officiet. Negus: d. memb. 4. n. 131. Bald. d. c. 6. Schn. in § Item Seruiana n. 53.

B) Ias. in l. 4. de pact. & ib. Coſtal. qui tamen in d. l. eſt differentia ſententiam mutaſſe uidetur. Conan. c. 16. n. 9. Alth. in Meth. lib. 1. c. 31. VVeſ. in part. In quibus cauſis n. 6.

## XV.

Iureconſultorum interpretatione: Hypotheca Locatori in rebus Coloni qui impleto conductionis tempore in prædio manſit conſtituta, tacitè repetita uidetur.

p l Item quæritur 17. § qui impleto Locat: ſed ea reconductio ut ib. Iuriſconſultus explicat ſaltem in proximum annum facta intelligitur, & conſequenter renouata pignorum obligatio, ſiquidem ruſticum eſt prædium: In urbanis alio jure utimur: ut prout quisq; habitauerit, ita obligetur niſi in ſcriptis certum conductionis tempus definitium ſit adde. l. 16. C. Locat.

## XVI.

Sic ſi ego rem tuam creditori meo obligem, tuq; pro me fidejubeas, eoipſo quod fideiubes, tacitè rei tuæ obligationem te approbare Martia: innuit A) Sic conuentioni de re diſtrahendâ includi tacitè jus pignoris ex Papin. conſtat B) Merces quoq; tabernariæ ſubſtitutæ in diuenditarum quæ pignori nexæ erant, locum tacitè obligatæ eſſe intelliguntur. C)

A) in l. 5. § fin. In quib. cauſis pig. Quod igitur tu præſtabis res quoq; tua præſtet: Sic: apud Modeſt. cum pater rem filij ſui pignori daret, & filius à patre rogatus conſcripſiſſet inſtrumentum pignoris, intelligitur filius conſentire obligationi l. 26 § pater de pignor.

B) l. 4. §. fin. Qui pot. in pig. quod idem Labeo non obſcurè ſignificat in l. fin. de pignor. quia enim pignoris jus annexum habet jus diſtrahendi, præſupponitur inde conuentioni de re diſtrahenda ineſſe ſimul quod præcedere ſolet jus pignoris Bald. c. 6. Conan. d. c. 16. n. 9. quippe cum conſequens neceſſario ſuum includat antecedens l. illud de acquir. hæred. Molin. de Vſur. quæſt. 83 n. 629.

C) per l. cum tabernam de pignor. Nempe mercium ea eſt conditio ut ſæpè mutentur, diſtrahantur reparentur, & nihilominus eadem veluti conſeruetur uniuerſitas, eadem igitur & conditio obligationis earum, ne impediatur negociatio Bald. d. c. 6.

## XVII.

Deniq; venditor in re uendita, quoad emtor de pretio ſatis faciat, jus taciti pignoris habere cenſetur A) eidemq; ſubiacere qui ab hoſtibus redemtus eſt donec exoluat pretium B)

A) l. quod ſi nolit 31. §. 7. de ædilit: edict. l. hæreditatis de hær. uel act. uend. argumento l. 1. in f. & l. ſeq. de reb. eor. Hodiè inſtrumentis emtionum hæc clauſula ut plurimum ſolet adijci, ut res uendita pignori ſit uenditori, quoad integrum perſoluatur pretium. Quod ipſum ad hypothecariam actionem eo magis profuerit ut not. Angel. in l. 5. de pignor. quem ſequitur Mud. ib. n. 12. & Cuiac. tr. ad Affr. 8. mihi p. 539.

B) per l. 2 C. de poſt l. reuerſ. l. ſi patre 15. l. ſi quis 21. de capt. l. qui teſtamento §. poteſtatis autem uerbum. Qui teſtamentum fac. poſſunt l. ſenatus 43. in f. de leg. 1. Vult. in Meth. c. 34. lib. 1. Hot. de pignor. tit. 3. mihi pag. 55. VVeſenb. in par. tit. Quæ res pign. Hoc obiter notetur. Iure conſuetudinario Saxoniæ: tacitam hypothecam arreſtantib. penè dari in bonis arreſtati Item Miniſtris & famulis pro mercede & ſalario in bonis Dominorum ſuorum Landrecht, lib. 1.

*art. 22. Coler. in proc. execut. p. 1. c. 2. n. 1 & 2. p. 3. c. 1. n. 1 & 6. adde Hart. Piſt. p. 1. quæſt. 1. quæſt. 8. n. 2 & 3.*

## XVIII.

Expreſſè pignus rei priuatæ cauſâ quæritur uel neceſſariò uel uoluntarie. Vnde illud neceſſitatis dicitur hoc voluntatis: Neceſſitatis eſt Prætorium pignus quod miſſio in bonorum poſſeſsionẽ uel contra *A)* à judice uel Magiſtratu ex primo decreto *B)* in bonis debitoris non ſoluentis neq; reſpondentis neq; cauentis *C)* conſtituit *D)*. De pignore Expreſſo.

A) *Incorporalium ſ. qualia ſunt nomina debitorum idq́ ex Iuſtin. conſtit. quæ extat. in l. 1. C. de prætor. pign. Cuiac. in parat. C. d. t. Negus. part. 3. memb. 4. n. 24. Conan. d. lib. 4. c. 16. n. 10.*

B) *de quo vide Specul. tit. de primo decreto & VVeſenb. in par. de dam. inf. n. 5. Ex hoc decreto nihil amplius transfertur quam jus pignoris, de quo hic. poſſeſsione atq́ adeò etiam dominio penes ipſum dominum remanente l. ſi finita § ſi quis autem de dam. in fect. l. is cui § Vt in poſſ. legat. Spec. d. tit. § jam de effectu n. 6 Panor. in c. cum contingat per ill text. extra de dol. & contum. Socin: in c. quoniã § fin. n. 95. Vt lit. non cont. Negus. d. loc. n. 6. & ſeq. Duar. de pignor. act. c. 2.*

C) *Cauſæ miſsionis petendæ ſunt ex ſuis locis & ex. l 1. & t. tt. Quib. ex cauſis in poſs. eatur ex tit. Vt legat uel fideic. cauſa l. qui legati & tit. Vt in poſſ. legat. l. fundus de ann leg. & ſimilib. Nec dubium eſt quin, ſiue agatur actione reali, ſiue perſonali, miſsio decerni poſſit, propter aduerſarij contumaciam d. l. ſi finita & d. c. quoniam l. cum proponas 9. & l. fin. C. d. bon. auth. iud. poſsid. l. 2. Vbi in rem act. c. 2. & 3. de eo qui mit. in poſſ. gl. & Br. in d. l. ſi finita § Iulianus n. 40. Specul. de prim. decret. § reſtat, n. 20. & ſeq. Col. de proc. exec. p. 3. c. 9. n. 12.*

D) *l. miſso & ib. Cuiac. Pro emt. l. 2. C. de Præt. pig. l. 3 § 1. de reb. eorum qui ſub. tut. l. non eſt mirum 16. & ib. Br. de pignor. act.*

*vult. in Meth. lib. 1. c. 34. Cuiac. in par. C. de prætor. pign. & 5. obſer. c. 30. l. ſi poſt. C. vt in poſ. leg. l. 2. C. Qui pot. in pign. Spec. d. § jam de effectu. Conſtitutum verò pignus eiusmodi effectum, non ſortitur, niſi uentum fuerit in poſſeſs ionem ut. Vlp. monet in d. l. non eſt mirum Ergo ſi forte Magiſtratus miſsionem decreuerit, res verò occupatæ non fuerint, creditori perſecutio non dabitur Col d. c. 9. n. 10. Don. d. c. 5. in f. Duar. d. loc. c. 2. In quo Prætorij pignoris â conuentionali diuerſa ratio eſt ſicut & in pluribus alijs: ut not. Negus. d. part. 3. memb. 2. n. 29. Moz. de diuiſ. pign. n. 8. & ſeq. In hoc conueniunt quod neutrius cauſa uſucapione perimi dicitur d. l. miſſo l. 2. pro hærede l. Vſucap. C. de pign & Iuſtin. utrumq; recuperari poſſe hypothecaria actione uoluit in l. 2. C. de Prætor pign. & ib. Cuiac. in parat. Bald. c. 8. Quod deniq; utriusq; nomine pignoratitia directa debitori competat ad repetendum illud ſoluto debito l. ſi is cui § quis poteſt Vt in poſſeſsionem legat Br. in l. 1. d. pig. act.*

Quid Prætorium pignus â conuentionali differat.

## XIX.

Voluntatis pignus uel teſtamento conſtituitur uel conventione: teſtamẽto quidẽ cum teſtator rem certam creditori ſuo pignori eſſe jubet: *A)* Conventione vero cum de pignore contrahendo inter creditorem & debitorem nominatim convenit *B)* Paulus vocat pignus manifeſtarium.

An contractus teſtamento celebrari poſſit.

*A) l. non eſt mirum de pignor. act. l. fundus de an leg. l. Lucius Titius de alim. & cib. leg De tali pignore loqui etiam uidetur Vlp. in l. 8. § idem eſt & ſi ager: de tranſact. Hoc ipſum verò ex reſcriptis Imp eſſe Vlp. ait. Cæterum contractus ut teſtamento celebretur ſtricti juris ratio non patitur l. 5. C. de pact. conuent eſt enim actus extraneus l. 21. § fin. Qui teſtamentum fac. l. 1. § aſsignare de aſsig. lib i. 20. ib. Goed. d. V. S. l. fin. C. de fideic. l. 11. de inofficio teſtamento cuius interuentu teſtamentũ uitiatur d. § fin. § ſed cum paulatim Inſt de teſtamentis Clar. § teſtamen q. 75. Duar. d. teſt. tit. de nunc: teſtamento P. Greg. Thol 42. ſynt. 9. n 3 Ale. in l. 1. § 1. n. 21 d. V. O. Soar. lit. C. n 311. Diſs. Couar. in Rubr ext. de teſt. n. 17. Boer. deciſ. 35?. n. 4. & alij quos refert Clar. d loc. adde Vigl in d. § ſed cum paulatim n. 5. Hot. de pig tit. 1. pag 22. Quare & Iuſt. ex conſuetudine illud increbuiſſe arguit*

*ſe arguit in l. 1. uerſ. cum enim hoc jam jure noſtro increbuit C. com. d. legat. Cuiac. ad d. l. miſſo Don. c. 6 in pr. Bald. c. 5. & 6. in fin.*

B) *De quo totus fere tractatus pignorum & hypothecarum in ff. & C. conſumitur. Paulus Maneſeſtarium illud dicit in l. 9. In quibus cauſis pign. ad differentiam taciti uel legalis de quo paulo ante, ſ. quia diſertè & nominatim contrahitur non modò uerbis inter præſentes, ſed & literis inter abſentes l. creditor 23 § 1. l. pen. § 1. de pignor. Hot. tit. 2. mihi pag. 39.*

## XX.

Et conſtituitur aliter jure ciuili aliter jure Prætorio: Iure ciuili pignus conſtitutum eſt contractus nominatus, *A*) jurisgentium, bonæ fidei *B*) quo res creditori in ſecuritatem debiti obligata, manu traditur *C*) Iure Prætorio nuda pactio eſt, quâ debitor rei ſuæ obligatione creditori cauet citrà traditionem *D*) quæ conuentio hypotheca dicitur *E*)

A) *l. 1. in fin. l. jurisgentium in pr. de pact. & ib. Cuiac. Hot. de pignor tit. 1. pag 13.*

B) *§ actionum Inſt de Actio. argumento l. ſi autem 7. de pignor. act. l. 1. § 1. de Actio. emt. argumento § in bonæ fidei Inſt. de Actio § creditor Quibus mod. recontrah. oblig. l. 1. de pignor. act. Gomeſ. in § Itē Seruiana Inſt. de Act.*

C) *l. ſi rem § propriè de pignor. act. d. § Item Seruiana. Vult. in Meth. lib. 1. c. 34. Hinc pignus à pugno appellatum eſſe Cajus tradit in l. plebs 238. § pignus d. V. S. Hinc Paulo 2. ſentent. tit. 5. & l. 36 de cond. ind. de poſitum dicitur ſed & antiquis Græcis ἐνέχειρον uocatum fuiſſe pignus à manu Con. author eſt 4. com. c. 17. n. 1. quod poſtea ἐνέχυρον uocauere, à ſecuritate quam creditori afferat.*

D) *l. 1. de pignor. act. l. contrahitur 4. de pignor. Sequitur ergo pignus eiuſmodi inter abſentes rectè contrahi l. creditor prædia de pignor. nec ſcripturam deſiderari d. l. 4. l. tabernam § 1. eod. Sed nudum ſufficere conſenſum qui non ſolum uerbis ſed etiam rebus ipſis & factis declarari poteſt ut Don. explicat. c. 6. Bald. c. 4. Mud. de pign. c. Quom. hypi. contrah. n. 2.*



E) à Græco

*E) à Græco ὑποτιθέναι quod eſt ſupponere (. de cuius uerbi ſignificatione plurib. agit Bald. c. 1. in f) d. l. 9. § propriè l. grege ſ & in ſuperficiarijs de pignor. Conſtat. igitur quid pignus ab hypotheca differat, ex quo paſsim in jure noſtro ab inuicem ſeparantur. Pignus contractus eſt, hypotheca nudum pactum l. maior 3 C. de pignor. l. ſi tibi 17. ſ 1. de pact. l. 4. l grege 13. ſ 3. de pignor. l. non ſolùm ſ qui pignori de Vſucap. Hæc juris bonorarij, illud juris ciuilis eſt d. l. 17. Gomeſ. d. ſ Item Seruiana n. 4. Duar. h. c. 1. In pignore intercedit traditio in hypotheca non item. Veruntamen in effectu juris, eadem utriusq; ratio eſt. Præterquam n. quod in utraq; intercedat conuentio, certiſsimũ eſt in jure pignoris perſequendo quo ad hypothecariam actionem & commodum eidem adiunctum, creditori nihil amplius tribuere, rem traditam atq; eam quæ non eſt tradita d. § item ſeruiana & ib. Gomeſ. Fab. Don. & alij ut recte Martia. in l. res hypothecæ ſ fin. de pignor: nominis tantum ſonũ Inter pign9 hypothecã differre dixerit. Hinc illud quod toties à ICtis ipſis confundi ſpecies iſtas alteramq; in alteri9 locũ ſubſtitui legam9 l. 4. 7. C. de pignor. act. l. ſciendum ſ creditor Qui ſatisd. cog. l. 9. Quib. mod. pig. uel hyp. ſol. l. 2. C. de Prræt. pign. l. cum notiſsimi § ſed cum illud C. de præſcript 30. l. 4. C. de pignor. l. 1. Quæ res pign. l. 2. & 4. C. eod. l. 17. § 2. de pact. Imo & ſtatutum de pignore loquens in hypotheca obtinere, uerior ſit opinio. Fel. in c. cum aliquib. extra de re judic. col. 1. Negus. part 1 memb. 1 n. 8 & 9. VVeſ. in par. de pignor. n. 1. Diſſ. Salic. in d. l. ſi rem § propriè & Panor. in d. c. cum aliquib. adde Br. in d. ſ propriè & Moz. h. c 1. n. 17 Ridiculum verò ſibi uideri Vallam Conan. dicit d. lib. 4. c. 13. n. 2. qui, Vlp. in d § propriè Martiano in d. l. res hypothecæ repugnare dicit. ſe tamen Martiano potius aſſentire. Cum tamen nulla eorum diſſonantia ſit. Sed Vlp. utriusq; uocabuli proprietatem oſtendat Martia: uſum & loquendi conſuetudinem ſeu potius effectum juris, quem ipſum Iuſtin. in d. § Item Seruiana ſatis aperte declarat. Gom. & Don. ibid. Duar. h. c.*

Pignus & hypotheca in effectu juris nihil differunt.

## XXI.

De perſonis quæ pignori dare poſſunt

Obligare pignori rem poteſt ille ſolum cuius illa in bonis eſt *A)* ſiue ipſe hoc faciat ſiue per alium *B)* vnde procu-

de procurator utiliter rem domini obligat, ſi adhoc ſpeciale mandatum vel etiam univerſam bonorum adminiſtrationem habeat, ab eo qui ſub pignoribus mutuas accipere conſueuit pecunias *C)*

A) *l. 6. C. ſi alien. res pign. l. & quæ nondum § quod dicitur de pignor. l. ante omnia de probat. Don. c. 7. in pr. Moz. c. de perſ. n. 1.*

B) *Quia enim in pignoris obligatione domini voluntatem & factum exigimus, nihil refert utrum ipſe dominus fecerit an eius voluntate alius per l. ſolutum § ſolutam de pignor. act. l. reſtituta 37 ad SCtum Trebel. argumento l. qui mandat de ſolut. Sed ut per alium & liberam quidem perſonam pignoris obligationem nobis acquiramus fieri non poteſt: ut Vlp. ſcribit in d.l. ſolutum § per liberam: Etiamſi forte poſſeſſionem pignoris per procuratorem uel tutorem apprehendere liceat, poſſeſſionem enim per procuratorem nobis acquiri dubium non eſt, ut idem Vlp. ait in l. qui mihi 13. de donat & Nerat. in l. ſi procurator meus 17. de acquir. rer. dom. Moz de pignor. c. de perſonis n. 10. V. Negus. p. 3. m. 1. n. 39.*

C) *d. l. ſolutum § fin. cum l. ſeq. gl. Cyn. & dd in l. 1. C. ſi alien. res pign argumento l. procurator cui 58 de procur. Et hoc ipſum ſpeciale eſt: aliàs enim procuratori bonorum generali non facili concederetur bonorum domini obligatio ſicut nec alienatio l. procurator 63 de procur. cum non videatur dominus generali oratione id permiſiſſe, quod ſpecialiter non permitteret aut ipſe non faceret argumento c. in generali & ibi Dyn. de R. I. in 6. Donell. c. 7. Sed quid ſi obligationem ex poſt facto ratam habeat dominus? ſubſiſtere eandem indicat l. ſi inter in pr. de pig & explicat Neguz. p 3. m. 1. n. 36. not. 1. ad theſ. 26 lit. A. ſic ex æquitate reſcriptum eſt, ut creditori cui citra voluntatem domini certam rem pignori dedit procurator ad exceptionem illud proficeret ſi in utilitatem domini pecunia conuerſa eſſet, l. 1. C. ſi alien. res pign. V. Neguz. d. loco: fac l. 7. § ſi obligauit de cur. furioſ.*

## XXII.

Actor etiam ciuitatis A) itemq́ prælatus Eccleſiæ B) ſi uel pro Eccleſia hic, vel pro ciuitate ille pecuniam mutuet rem eius rectè obligant,: Quod in tutoribus & curatorib⁹ æquè obtinet, modo in rem pupilli vel adoleſcentis uel furioſi pecuniam accipiant. C) nec pignori res ſubijciant quas per leges oppignorare prohibitum eſt D)

*A) l. ſi is qui 11 de pign Actorem ciuitatis alio nomine Syndicum dicimus l. 1 quod cuiusq́ uniuerſ. L. . in pr. L. fin ſ 1. de muner. & honor. vel defenſorem d. L. fin § 1 & Nouell. de defenſorib. ciuit. qui publicis municipiorum ciuitatumq́ (vel aliarum etiam uniuerſitatum d. l. 1. ſ 1.) rebus gerendis conſtituitur ex decreto Decurionum uel omnium uel maioris partis l. 2. & 3. Quod cuiusq́ uniuerſ. l. quod maior ad municip. l 10 § qui manumittitur de in jus vocan. l. 74. de procur l. 11. ſ hoc jure de excep rei jud. l 3. § à municipib. de bonor poſſeſſ. Sed & adminiſtratorem actoris nomine complectimur, cui ex conſenſu totius populi vel conſilio generali totum populum repræſentante gl. in rub. C. quæ ſit long conſ. Ias in l. præſes C. de transact. n. 8. Gail 2. obſ 72. n. 10 bonorum ciuitatis adminiſtratio relicta eſt Don. d. c. 7. Hoto tit. 1. mihi pag. 20. arg. l. actus de adm. tut. Actor itaq́ ciuitatis cum publicam gerat perſonam mandatum cum libera habere Bl. & Iaſ. in d. l. præſes Gail d loco Coſtal. ad l. ſi is qui & omnia ex ciuitatis ut dominæ conſenſu agere exiſtimatur, ut non mirum ſit ſi & pignori rem ciuitatis obligare queat d. l. ſi is qui Quod dd. ita reſtringunt ſi & in utilitatem Reip. pecunia conuerſa fuerit per l. ciuitas & ibi Bar. n. 2. Ias. n. 4. & dd communiter gl. & Br. in d. l. ſi is qui bona Negu. p. 3. m. 1 n. 44. Hart. Piſt q. 37. n. 23. Hunc articulum, Quatenus ex contractu adminiſtratoris & Syndici ciuitas vel uniuerſitas obligetur. exquiſite tractant Hart. Piſt. d. q 37. Io. Cop. ſen. 2. deciſ. 60 Fachin lib. contr. 2. c. 75. & 76. Coler. d proces. execut. p. 2. c. 3 n. 3, 6. cum ſeq. teſtatur Negu mem. 1. p. 2. n. 3. quem ſequitur Moz c. de perſonis n 8. Diſſ. Anton. de Butr & Imol. in d. c nulli De obligatione Eccleſiæ ex contractu prælati pluribus agunt Dec & Rimin. ad d. l ciuitatis Ruin conſ. 76. in fin. lib. 4. & alij quos citat Fachin d. loco c. 76. & ſeq.*

C) l.

C) l. tutor 16. de pign. act. l. 3. & 7. C. Si alien. res pig. dat. l. pignus 11. de curat. fur. l. 7. § 4. de reb. eor. argto. l. 2. C. de cur. fur. l. 1 C. quando ex fact. tut. l. publicæ C. de reb. pup. lib. 10. Hart. Piſt. d. q. 37. n 24.

D) prædia ſ. ruſtica, quarum alienationi & oppignorationi decretum judicis ut accederet oratio D. Seueri uoluit. l. 1. & t. tit. d. reb. eorum qui ſub. tut. l. 1. C. d. præd. & al. reb. min. l. 2. C. d. curat. fur. Quam Conſtantin. poſtea ad urbana etiam produxit, cæteraſq; res omnes, exceptis ueſtib. detritis & animalib. ſuperuacuis, quæ ſeruando ſeruari non poſſent l. lex quæ tutores C. de adm. tut. cuius pars eſt l. fin. C. Quan. decret. opus non eſt. Hot tit 1. pag. 21. God. ad l. urbana in pr. d. V. S. Cæteroquin, inutilis foret omnis oppignoratio & alienatio, quippe pupillo uel minori non perſonalis tantum tutelæ actio competeret l. magis puto § non paſsim de reb. eorum ſed & rei uindicatio ad res ſuas à quocunq; poſſeſſore abſq; pretij reſtitutione l. 4. l. prædiorum 10. C. d. præd. min. auocandas d. l. magis puto VVeſ. in par. d. reb. eorum. Sanè fructus qui ex reditibus fundi colliguntur diſtrahere tutores abſq; decreto poſſe iuſto pretio Inſt. conſtituit in l. fin. § fin. C. de admin. tut.

## XXIII.

Ipſi verò pupilli abſq; tutorum *A*) Minores abſq; curatorum authoritate *B*) rem ſuam non rectè obligant. Sane ſi curatorem minor non habeat mobilia eum pignori dare poſſe nonnulli tradunt *C*) immobilia non niſi ex decreto judicis Nos verò nec immobilia obligare citra decretum poſſe exiſtimamus *D*)

A) l. 1. Quæ res pign obl. argumento l. 1. in f. de reb. eor. Et hoc ipſum ex ratione juris eſt, qua pupilli nullum negotium recte gerere abſq; tutoris authoritate l. in negotijs 5. & ib. Fab. n. 18. l. pupillus 89. d. R. I. neq; ex contractu ullo obligari dicuntur l. pupillus d. A. & O. § 1. Inſt. de auth. tut. l. obligari de auth. tut. Vult. in diſcept. ſchol. c. 16. Bald. c. 12.

B) l. 3. & ib. dd. C. de in int. reſtit. min. t. tit. de reb. eorũ qui ſub tut. uel cur. ſunt. Quia enim minoris curatorem habentis eadem ferè

*cum pupillo habetur ratio, idem quoq; jus non immeritò ſtatuitur per l. illud ad l. Aquil. Don. ad l. 101. de V. O. gl. in l. 2 C. Si propter publ. penſit. Ferr. in form. act. hyp. verb. ſub eadem n. 6. Moz. h. d perſon. n. 4.*

C) *ſaluo tamen beneficio reſtitutionis in integrum per l 1 & 3. C. ſi uend pign. arg. l 1. C. de præd. min. l. 2. § pen. de diſtr. pig d. l. 3. & ib. Bl. Sal. Dijn. & dd.*

D) *Quod ſi enim per curatorem ea obligari Conſtant. in d l. lex quæ & Iuſtin in l fin. C de adm. tut. uoluerunt multò magis per ipſum minorem: Certè ſuperuacua fuerit reſtitutio, cum quod actum eſt ipſo jure non ualeat per l. in cauſæ 16. d. Minor. argumento l. 5. C. ad SCtum Vell. Cuiac. in l. ſi ex cauſa d. minor.*

## XXIIII.

Mulier nec pro marito quidem nedum pro alio res ſuas bona ue dotalia pignori utiliter nectit *A)* niſi corporale juramentum *B)* accedat *C)* At pro debito ſuo pignus rectè conſtituit, recteq; Procuratori uel Negotiorum geſtori pignus conſtituenti conſentit. *D)*

A) *l. Mulier 11. C. de diſtr. pign. § et illud verb præuidimus Auth. Vt nul. jud. l. redemtores 79. cum l. ſeq. de R. V. l. ſi ſciens l ſi ſine & Auth. ſi qua mulier C. ad SCtum vel. l. ſi mulier 22. § 1. ff. eod. Et hoc propter SCtum Velleianum, quod cum imbecillitati ſexus muliebris pleniſſime conſultum cuperet, l. 1. & 2. ad SCtum Vell. nullam interceſſionem uel obligationem, quam temerè & inconſulto fœmina inierit, ratam eſſe uoluit, quin perpetuâ exceptione elideretur l. qui perpetuam 40. de cond. jnd. Sin temeritas quædam ant fraus uel calliditas appareat ceſſabit SCtum: Deceptis enim non decipientibus ſuccurrere uoluit l. 2. ad SCtum Vel. l. 5. C. eod. l. ſi decipendi 30. d. t. d. l. 5. l. fœminis*

Quando ceſſet Sctum Velleian.

l. Mu-

*l. Mulier C. eod. Ceſſabit etiam ſi probatum fuerit pecuniam in ipſius mulieris utilitatem expenſam eſſe Auth. ſi qua mulier. d. t. & No. 134. c. 8. Scilicet hoc regulare eſt in jure & naturali æquitate nititur ut qui perſonæ intuitu minus ſuſtinetur contractus ſuſtineatur tamen, ſi in perſonæ utilitatem ceſſerit, Exempla ſunt in l. 13. cum l. ſeq de cond. in d. l. 3. concord. l pupillus de auth. tut. l. cum illud. Quando dies leg. l. ciuitas de reb. cred. l. ſi prædium C. de præd. min. Auth. hoc jus porrectum in fin. C. d. SS. Eccleſ l. 1. C. ſi aliena res pign. l. 7. § 4. de reb. cor. & ſimilibus Not. Molin. tract. de uſur. q 37. n. 281. Piſt. q. 37. n. 30. Sic amplius ceſſabit SCtum in caſu l. 22. l. antiquæ & l. ſi dotare C ad SCtum Vell. Men de arbitr. caſ 234. Sic deniq; ſi SCto ſcienter & certiorata quidem ut dd. loquuntur renuntiauerit per text. l. quamuis 8. § ſi mulier 31. l. fin. § fin. ibi Gotofr. poſt alios ad SCtum Vell. l. 9. C. eod. tit. arg. l. ſi quis in conſcribendo C. de Epiſcop & cler. & C. de pact. l. invito de R I. gl in l. ſciendum 30. verb ſolenniter de V. O. & in l. fin. verb ceſſante ad SCtum Vellei Zaſ. 2. ſing. reſp. 18. Fachin 2. contr. 59. Hotom. in com. ad tit. de SC. Vell. in fin. Gail 2. obſ. 77. Fab. ad l 2. de R. I. n. 23. Thol. in Synt lib. 24. n. 25. Schn. § fin. Inſt. de fideiuſſ n. 4. Couar. in c quamuis § 3. n. 5. p. 2. de pact. in 6. Diſſ. WWeſenb. in par. ad SCtum Vell & Duar eod. tit in fin. Conan. 6. comm. c. 8. n. 9 Coſtal. ad d. l. fin. ad SC. Vellei Gom. 2. V. R. 13. n. 17. Goed. ad. l. 3. de V. S. n. 43. & plures ex veteribus quos refert Fachin d. loco. Nec verò mulieri tamen ſed & ei qui pro eâ intercedente pignus dedit l. 2. Quæ res pign. & fideiuſſori eius ſubuenitur l. mulierem 14. C. ad SC Vell. Hot. tit. 1. mibi pag. 21. Bald. c. 12.*

B) *Quod ipſum pro forma in huiuſmodi actib. introducere Pontifices uoluiſſe conſtat ex c. cum contingat & c ex reſcripto extra d. jurejur. in c. licet. d. Iureiur. in 6. quippe cum juramenti, niſi per rem ſacram illud corporaliter quaſi præſtetur nulla aut certè perexigua uis & obligatio ſit Couar. in c. quamuis p. 1. § 2. n. 2. de pact.*

in 6. per c. pen. extra d. jure jur: VVeſenb. conſ. 13. n. 101. Mynſ. 2. cent. obſ. 3. Gail. 1. obſ. c. 101. argumento l. cum falſa de jur. & facti ignor.

C) Quo caſu obligationem ratam eſſe ipſa juris jurandi religio poſtulat, præſertim cum tale ſit, quod non uergat in alterius præiudicium, nec ſeruatum æternæ ſaluti officiat, qua ratione etiam alienationem rerum dotalium juratam ualere probat text. d. c. cum contingat d. c. ex reſcripto & d. c. licet. Sic alios inſuper actus, jure ipſo inualidos ſuſtineri ui ſolius juramenti conſtat ex Authen. Sacramenta puberum C. ſi ad. uend. iunct. l. puberes. de V. O l. qui juraſſe de Iureiur. d. c. quamuis iunct. l. pactum dotali C. de collat Gail. 2. obſ. c. 39. & 40. Mynſ. cent. 2. obſ. 33. 1. V. Pard. Prat. ad l. Iul. de fund. dot.

D) Proprium enim negotium egiſſe non alienum ſuſcepiſſe uidetur ut ICtus. inquit in l. 1. § cum prædium de pignor. cui ſuffragatur Imp. in l. ſi mulier. & l. 2. C. ad SCtum Vell. & Caius in l. aliquando 13. & l. bona fide 27. ff. eod. t. Cuiac. tr. ad Affr. 8. in expl. l. 19 ad SCtum Vell. In terris tamen Saxoniæ non niſi curatoris accedat authoritas pignus conſtituere poteſt Landrecht lib. 1. art. 45. Iac. Töming. quæſt. 14. n. 9.

## XXV.

Filiusfam. itemq; ſeruus, qua liberam habent peculij adminiſtrationem rem peculiarem rectè obligant A) modò ea non faciant quæ ab adminiſtratione aliena ſunt B) Bona quippe caſtrenſia & contrà nectere filius ut alienare pro libitu poteſt C)

A) l. ſi conuenerit in f. cum l. ſeq. de pignor act. Imò & alienare poſſunt l. ſi liberam peculij 10. C. quod cum eo, non tamen donare l. 28. § fin. de pact.

B) h. e. ſi conſtet. quod non in alterius cuiusuis, ſed ipſius peculij utilitatem & incrementum obligatio uergat quod Mart. innuit in l. 1. Quæ res pign. Sane: ſi permiſſa iiſdem facultas donandi fuerit, quod obligare pro alio res poſsint Moz. indiſtincte tenet c. de perſ. n. 6. ex auth. gl. in d. l. 1. verb. adminiſtrare per l. filiusfam. § item uideamus de donat. Negus. 1. memb. 3. part. n. 13.

C) per

C) *per d. l. filiusfam. l. 2. C. de caſtr. pecul. In his enim pro patrefam. habetur l. 2. ad SCtum Maced. l. 3. C. de caſtr. pecul. l. ex nota ff. eod. l. 3. § Pomponius de Minor.*

XXVI.

Conſiſtit pignoris datio in his duntaxat rebus, quæ in bonis & commercio noſtro ſunt uel eſſe poſſunt *A)* ſiue mobiles illæ ſint ſiue immobiles, corporales uel incorporales: Itaq; Liberi hominis & filijfam. *B)* rei ſacræ religioſæ *C)* publicæ *D)* oppignoratio inutilis eſt, adeo quidē ut licet ex re ſacra profana, ex publica priuata, ex libero ſeruus fiat, pign⁹ tamen non conualeſcat. *E)*

A) *Quas ipſas emtionem quoq; & uenditionem recipere conſtat: Eſt enim mutua quædam inter hos contractus affinitas ut Caius notat in l. 9. de pignor. adde. l. fin. C. de reb. al. non alien. Don. c. 7. Hot. tit. 3. mihi pag. 50. Moz. c de reb n. 1. Unde ſi qua res uenditioni exemta eſt, eadem nec hypothecæ ſubijcietur l. 1. § eam rem: Quæ res pign. Nam & hypothecæ finis conſiſtit tandem in diſtractione eiuſdem, ſi quod debitum eſt non ſoluatur, prohibito autem fine etiam ea cenſentur prohibita quæ tendunt ad finem l. oratio de ſponſal. l. ſi ad reſoluendum C. de præd. min. Mud. tit. Quæ res pign. n 1. Illud ſingulare eſt quod Præſidi uel ei qui in prouincia militat, prædia in eadem comparare non liceat l. qui officij l. non licet de contr. emt. liceat tamen liberum rem ſuam uendere & pignus accipere. Etenim qui emit acquirit, unde ne uel precioſiſsimas quasq; res per concuſsionem, aut gratiam ad ſe transferat Præſes, emere prohibetur. Hæc ratio ceſſat in eo qui uendit. tantum enim abeſt ut qui uendit acquirat, ut uendendo etiam quod habet, alienet. Ceſſat amplius in pignore: nam & hoc ipſum eo fine accipitur, ut in caſu non factæ ſolutionis tandem diſtrahatur Don. c. 8. in f.*

Venditionis & oppignorationis affinitas.

B) *l. qui filios 6. Quæ res pig. l 2. C. de exact. tribut. lib. 10. c. 2. extra de pignor. Inciuile enim & ab omni pietate alienum exiſtimatum fuit, hominem quem natura liberum eſſe uoluit. obligari, uel etiam in ſeruitutem creditori addici l. ob æs alienum C. de A & O. Quare & id ipſum cum in diuerſis locis ita exerceri Iuſtin. animaduertiſſet ſub grauiſsimâ corporis pænâ aboleri uoluit No. 134. § quia verò & ib. Cuiac.*

 Hot.

*Hot t. 3. & ill. quæſt. 26. Conan lib. 4. c. 14. n. 18. Mud. c. quæ res oblig. n. 25. & ſeq. V. Coler. d. proc. execut. p. 1. c. 2. n. 254. 256. & 298. Quid de Repræſſaliarum jure ſtatuendum ſit explicat idem Coler. d. loco n. 269. cum multis ſeqq. V. Bodin. de Rep. li. 1. c. 8. & quos citat Geil lib. de pignorat cap. 2. n. 2 Guid. Pap. deciſ. 32. n. 2. VVeſen. conſ. 46. n. 19. Gregor. Tholoſ in Syntag. lib. 38. n. 6. & ſeq. Statuliberum tamen obligari poſſe Mart. reſpondit in l. grege 13. de pignor. & hyp. licet conditione exiſtente euaneſcat pignus. Nam dum pendet adhuc libertatis conditio, uere ſeruus hæredis eſt: l. ſtatuliberum de ſtat lib. unde permutari uendi, donari, noxæ dari ſaluâ ſpe libertatis poteſt d. l. ſtatu liberum § 1. & 2. Hot. d. loc. mihi pag. 56.*

Statuliber' an obligetur

C) *c. 1. extra de pignor. l. iubemus cum auth. hoc jus porrectum C. d. SS. Eccleſ. l. 3. C. Quæ res pign. § ſacra Inſt. d. R. D. Nc. 7 Eoipſo enim quod diuinis uſibus ſemel dicata & deſtinata eſt, hominum commercio exemta dicitur c. ſemel Deo de R. I. in 6. § 2. Inſtit. de inutil. ſtipul. § fin. Inſt. d. emt. & uend. In cauſa tamen neceſsitatis necti eandem poſſe prædicta jura innuunt.*

D) *Nam & ipſam cum nullius in bonis ſint commercio hominum exemtam dicit Caius in l. 1. § 1. de R. D.*

E) *Scilicet quia ab initio ea de re cuius non eſt commertium pactio interceſsit l. inter ſtipulantem 83. § ſacram de V. O. argumento § Idem juris uerſ. nec in pendenti Inſt. de inutil. ſtip. At fieri non poteſt ut quæ ab initio nulla ſunt ex poſt facto conualeſcant per l. quod ab initio & ib. Fab. de R. I. argumento l. à marito 18. C. de don. int. uir. & ux. § 1. Inſt. de ex hæred. liber.*

## XXVII.

Rei quoque alienæ inuito Domino *A*) obligationem pure *B*) fieri non poſſe conſtat *C*) ita quidem ut hypothecaria actio ad rem perſequendam creditori detur *D*) licet contraria pignoratitia eidem non denegetur aduerſus debitorem *E*) ut iure nec directa debitori ſolutâ pecunia aduerſus creditorem. *F*)

A( *Conſentiente igitur Domino vel obligationem ex poſt facto ratam habente, ſecus fuerit l. aliena de pignor. act. l ſi fundus § 1. de pignor.*

Unde

*Vnde conſtat. Ratihabitionem æquiparari mandato quod cum plurib. locis Iuriſconſulti tradant l. uerò in f. de ſolut: l. licet de Iudic l. ſolutum § ratam de ſolut. l. ſi ſeruus de præcar. l. fin. C. ad SCtum Maced. certum eſt. obtinere tam in contractib. quam maleficijs l. hoc jure § 1. & ib. Pet. Fab d. R. I. l 1. § cum autem de ui & ui arm: cum ſimilib.* Ratihabitio æquiparatur mandato.

B) *Sed bene ſub conditione, cum ſc. debitoris facta fuerit l. ſi fundus § aliena de pignor. Ex quo enim in euentum quæſiti dominij, rem creditori obligat debitor, non tam alienam quam propriam obligaſſe exiſtimatur, cum conditio id tempus reſpiciat quo res eius futura eſt & ut rem noſtram ſtipulari non poſſumus quia iam ſtatim noſtra eſt, eandem tamen ſub conditione rectè ſtipulamur l. ſi rem meam d. V. O. Sic conuentio generalis in pignore rerum poſtea quæſitarum recepta eſt, ſic fructus pendentes, partꝰ ancillæ, fœtus pecorum, qui nondum ſunt, futuri tamen ſunt, hypothecæ recte obligantur. ſc. quia his ipſis ineſt conditio, quam res quæſitæ, & fructus collecti, partus uel fœtus nati fuerint l. & quæ nondum de pignor. l. interdum de V. O. Don c. 1.* Res aliena ſub conditione obligari poteſt.

C) *t tt. C. ſi al. res pign. dat. fieri enim non poteſt ut qui ipſe jus in re non habet alteri jus in illa conſtituat argumento l. nemo plus & l. 120. & ib. Fab de R. I. l. traditio de acquir. rer. dominio l. obſeruare § pen. de officio Proc. l. filium ad SCtum Maced. l. ſi noxale § pen. de noxal. act cum ſimilib. Qua de cauſa Seruianæ actionis formula ita conſtituta eſt. Cũ ea res quæ pignorata dicitur conuẽtionis tempore in bonis debitoris eſſet ut not Hot. h. tit 3. & ad d. l. 6. in f. Vendi tamẽ res aliena poteſt. Quod rationẽ habet. Hic .n. perſona, in pignore res obligatur Perſonam ſuam ut quis obliget nihil domini rei intereſt nec eidem præiudicio cedit, quippe cum emtori ſatis ſit, de emtione obſtrictũ ſibi uenditorem habere l. 8. d. euict. uel in id quod inter eſt l. 1. l. ex emt. de act. emt. At ignorante Domino jus aliquod in reipſius conſtitui exemplo graue fuerit l rem alienam de contr. emt. l ſolutam § fin. de pignor. act. Hot. tit. 3. mihi pag. 69. Duar. de pignor. act c. 7. & in l. ſi alienam 11. ſol. matrimonio Moz. h. de reb. n. 3 Col. d. proc. exec. per 1. c. 1 n. 255.* Curuendi rei alienæ poſsit.

D) *uel aduerſus Dominum uel alium poſſeſſorem quippe cum in effectu juris eiuſmodi obligatio nulla ſit, ut modò probatum eſt Poſterius tamen non omnino, concedere uidetur Cuiac. tr. ad Affr. 8. in expl. l. 9. § Titia. Qui pot. in pig. Vult. in diſc. ſch. lib. 1. c. 17. in pr. Moz. h. d.*

reb. n.9. & alij eum ib. alleg. Sanè aduerſus ipſum debitorem agere hypothecaria creditorem poſſe exiſtimaremus cum Bald. h. c. 12. in pr. per l. 21. § 1 de pignor. Sed ex ſingulari ratione ut ib. Iureconſultus innuit Mud. ad l. 1. verb. difficilius de pignor.

E) l. ad intereſſe uel æque bonum pignus l. ſi rem alienam 9. in pr. & § pen. l. tutor § contrariam l. cum debitor 72. de pignor. act. d. l. 6. C. ſi al. res pig.

F) per text. expr. in l. 9. § is quoq; qui rem de pignor. act. Eſt enim pignoratitia actio perſonalis & perſonas ſaltem contrahentes non ipſam rem afficit, unde nec dominij quæſtionem petenti debitori mouere poteſt creditor. Duar. c. 7. & in l. ſi alienam ſol. matrimonio.

## XXVIII.

Quod ſi debitor rem quæ nec dum in bonis eius eſt, eſſe tamen ex poſt facto incipiat, pignori nectat, ordinariam actionem ratione pignoris non competere A) at utilem perſecutionem B) exemplo pignoratitiæ dari reſcriptum eſt C) modò creditor rei conditionem ignorauit, quam ſi ſciuit difficilius ei utilis actio dabitur D) ſed facilior erit poſsidenti retentio E)

A) Quippe cum in hypothecario judicio inprimis quæratur & probari debeat an res in debitoris dominio & bonis fuerit l. ante omnia d. probat. l. & quæ nondum § quod dicitur de pignor. Cæteroquin nec ab initio ea pignori dari potuit neq; pignus ex poſt facto conualeſcere per l. quod initio. de R. I.

B) eamq; ex bono & æquo: cum certum ſit rem eſſe in bonis eius qui pignorauit, iamq; in eum caſum deueniſſe à quo incipere poſſet. Iniquum antem foret. decipi creditorem â debitore, qui nunc rei in pignus datæ factus eſt Dominus, qui & olim ſub hac conditione obligaſſe uidetur, ſi quando eius facta fuerit l. rem alienam 41. de pignor. act. Sic fidei commiſſarius qui ante reſtitutionem ſibi factam rem pignorauit, poſt reſtitutionem pignus confirmare dicitur l. filiam 56. ad SC. Treb. Hot. d. tit. 3. mihi pag. 71. Don. c. 7.

C) in l. cum res quæ nondum 5. C. Si al. res pign. dat. V. Conan. lib. 4. c. 13 n. 17. Don. d. c. 7. Neg. 8 p. m 3. n. 6.

D) l. 1. in pr. de pignor. Variant hic Interpretes. Num ſcienti conditionem rei utilem actionem nihilominus concedere Papin: voluit. Num verò denegare, ſiquidem ita timide & dubitanter quaſi pronunciet: Prioris ſententiæ Bald. eſt c. 12. Rob. 2. rec. lect. c. 1. Conan. d. c. 13 Poſterioris Don. c. 7. Accurſ. autem & qui eum ſequuntur ut Mud. in d. l. 1. verb. difficilius Pac. in Antin q. 50. Vult. 1 diſc. c. 17. mediam rationem ſecuti, non quidem aduerſus alios creditori actionem relinquunt, ſed bene aduerſus ipſum debitorē & eos qui à debitore cauſam habent per l. 1. § 1 de pignor. Videtur tamen Don. probatiſsimis niti rationibus nec ab eo diſſentire Duar. 2. diſput. 11 Boc. in diſp. de pignor. t 39.

E) Exceptio ſ. doli: Cuiac. tr. ad Affr. 8. in expl. l. qui balneum § ſi Titia. Qui pot. in pign. Hot. ad l. 5. Eo ipſo enim quod contrà pactionem de pignore contendit debitor, dolo facere uidetur imo mendacij inſimulatur, quod ipſum actioni de dolo ineſt, l. quid enim de dol. mal. l. 2 § item quæritur de except. dol mal Don. c. 2. Conſtat igitur facilius retineri pignus quam peti argumento l. 1. § cui damus de ſuperf. l. 1. C. Si al. res pign. Con. d. lib 4. c. 13. n. 7. Quod Mud. in l. cum uitioſe de pign. ita reſtringit Si non omnino uitioſe & inutiliter ab initio de pignore conuentum fuerit, ita m nec purgari uitium nec confirmari aut conualeſcere pignus poſsit, ueluti ſi uel liber homo uel res ſacra pignori ſit ſuppoſita, quam ſupponere nefas exiſtimatur & contrà bonos mores. Mud. ad d. l. 1 verb. retentio Don d. loco.

## XXIX.

Controuerſum eſt quid ſtatuendum: Si ei qui rem alienam obligauit ipſius rei dominus hæres extiterit. *A)* Sanè, ſi ignorante Domino pignori data fuit ex poſt facto pignus directò quidem non conualeſcere, attamen creditori, utilem pignoratitiam *B)* dari cum Modeſtino ſin verò ſine eius uoluntate obligata fuit, nec utilem dari actionem cum Paulo reſpondemus.

A) Videntur duo iſta de propoſita facti ſpecie reſponſa Modeſtini ſ. in l. ſi Titio 27. d pignor. & Pauli in l. rem alienam 41. de pignor. act. primo intuitu planè contraria: Itaq; in tot diuerſas opiniones diſtraxerunt

*xerunt Interpretes, ut cui adhærendum ſit meritò quis dubitaret: Hot d tit. 3. in f. nullo contrarietatem illam commento ingenioſo tegi poſſe, profitetur ingenuè: Bald. c. 12. difficile eſſe ait tam contraria reſponſa inter ſe conciliare. ſiquidem ut Conan. d. lib 4. c. 13. n. 9. aſſerit, ſint tanquā aientia et negantia, quæ diſſolui nequeant niſi ad coniecturas easq; non admodum probabiles recurramus. Mud. d. l. 1. verb. dominio debitori quæſito n. 21. & Alciatus lib 7. παρεργ: c. 14. cum ſe ex difficultate iſta expedire non poſſent, textus emendationem tandem ſubierunt ut refert. Vult d. c. 17. in quo reprehenſus hic à Robert. fuit 2. lect. c. 1. Verum mente Iurisconſul ſecundum rationem à nobis propoſitam, inſpecta, res omni modo plana erit & perſpicua. Modeſtinum ſecuti Vult. d. c. 17. dicimus loqui de eo caſu quo rem meam ignorante me Titius, Paulum de eo, quo ſine mea uoluntate, inuito ſ. & contradicente me, obligauit. Unde Quæritur ſi alterutro horum caſuum Titio hæres extitero, an creditori pignoris nomine contra me detur actio? Perſonalem dari extra dubium eſt, cum obligationes ex contractu deſcendentes in hæredem transeant actiuè et paſsiuè. Vtrum hypothecaria? dubitatur. Et ſummo quidem jure hæc ipſa non daretur, quoniam inutiliter pignus ab initio conſtitutum fuit in re aliena: Priori tamen caſu ex æquitate dari eandem Mod. reſpondit. Etenim cum nihil magis ad hæredem pertineat, quam ut factū defuncti præſtet, & quod hic pepigit ratum faciat, meritò placuit, ut quod ſummo jure ualeſcere non potuit, ualeſceret ex æquitate, et quæ directò non cōpetebat actio hypothecaria, competeret ex æquitate utiliter. Poſteriori caſu nulla creditori actio nec utilis quidem dabitur ex Pauli ſentētia, cū ſine meâ uoluntate, h. e. reclamante me & proteſtante rem meam, Titius obligârit. Certè inuito me & contradicente jus aliquod in re mea etiam ex poſt facto, ut conſtituatur, juris ratio non patitur per l. ſolutam § fin de pign. act. quippe cum proteſtatio aperta & manifeſta omnem actum ſuperuenientem excludat, & jus meum integrum mihi conſeruet, argumento l. ſi debitor § ſi in uenditione. Quib. mod. pign. uel hyp. ſol. l. ſi fideiuſſor § fin. Qui ſatisd. cog. c. ſolicitudinem extra d. Appel. DD. in l. non ſolum § morte de oper. no nunc. Et hanc Pauli mentem fuiſſe, demonſtrant uel ipſa legis uerba finalia. Quare nec alia qua cum Mod. concilietur, quærenda eſt ratio, quæ autem alia penes Interpr. occurrit, ea difficultate non caret, uel quia textum*

Poteſtatio actum ſuperuenientem excludit.

*tum corrumpit ut Alc. illa & Mud. d. loc. aut diſtinctionib. alienis & longius petitis nititur ut Rob. d. loc. Duar. 2. diſp c. 4. Cuiac. 19. obſ. 26. uel planè diuinatoria eſt ut Accurſ. in d. l. ſi Titio. Con. d. lib. 4. c. 13. Don. d. c. 7. Bald. c. 12 quam ipſam Char. 1. uerıſ. c. 20 abſurdam & à mente ICtorum alieniſsi mam dicit.*

B) *Hypothecariam ſ. eam enim utroq; caſu ICti intelligunt. quod & Rob; Cuiac. Duar. in d. loc & alij animaduerterunt non pignoratitiam contrariam, hæc enim competeret etſi nullo pacto pignus confirmaretur, & quidem directò ut conſtat ex l. tutor § contrariam l. cum debitore de pign. act. non attenta hæredis perſona, hic enim cum in jus defuncti ſucceſſerit, eadem cum defuncto perſona cenſetur, eademq; tenetur actione directa ſ. qua defunctus. Et verò cum utrobiq; mentio fiat actionis pignoratitiæ cur in d. l. Titio ea ſit de contraria in d. l. rem alienam, de hypothecaria accipienda, quod Accurſ. & alij modo alleg. opinantur non ſatis apparet; Sanè verum eſt pignoratitiam eam dici propriè quæ perſonalis eſt: ut inf. dicetur. Conſtat autem ſæpius hæc actionum nomina confundi: Exempla ſunt in l. 3. § eſt autem ad Exh. l. quæ prædium C. Si al. res iunct l ſi mater & l. duob. de except. rei iud. § 7. Inſt. de act. Duar. h. c. 3 & not. inf. th. 50 lit. C.* Actio hypothecaria & pignoratitia promiſcuè accipiuntur.

## XXX.

Eius quoq; rei cuius quis dominium per ſententiam in judicio uindicationis etiam per iniuriam amiſit, pign⁹ inutiliter fieri Papin: reſpondit *A)* Et rem ſub conditione legatam non rectè pignori ab hærede obſtringi, & ſi obſtringatur conditione impleta ſtatim in irritum reuocari Iuſt. placuit *B)* At rem donatam ante traditionem firmiter obligare donatorem poſſe Scæuola judicat. *C)*

D) *l. 3. de pignor. Niſi uel antequam rem peteret pignori eam dediſſet debitor ut alib. idem Pap. notat in l. judicata § fin. de except. rei jud. Et Vlp in l. ſi uir 11. § fin eod. tit. uel cum aduerſario ſuo colluſiſſet, uel non cognita cauſa, uerum præſcriptione temporis ſe ſuperatū diceret l. præſes 5. C. de pignor quippe cum & in uſucapione ſeparata eſſe dicatur quæſtio pignoris ab intentione dominij, ſaluoq; pignore res uſucapiatur l. 1. § cum prædium de pignor. l. iuſto § non mutat de Vſuc. l. Miſſo*

*emt l 2, pro hær. l. Vſucapio. C. de pignor. Bald. c. 12. in pr. Don. c. 8. in f.*

B) *l. fin. § ſed quia C. com. de leg. ex ratione quæ ibidem ſubijcitur.*

C) *l fin. § de donat. Cenſetur enim adhuc Dominus eſſe argumento l. traditionib. de pact. Bald c. 12. Nihilominus tamen ſubſiſtit donatio, ſed tranſit in donatarium res cum ſuo onere per l. ſiquidem ante donationem C. de donat argumento l. 18. § ſi fundus de pign act. l ſi debitor 12. C. de diſtr. pig. Donatio quippe â marito facta uxori per ſpecialem fundi qui donatus erat obligationem reuocata cenſetur l. ſi maritus C. de don. int. uir. & ux: l cum hic ſtatus §. ſi maritus ff. eod. quod rationem habet ſiquidem donationis inter uirum & uxorem nullus effectus eſt niſi morte confirmatur l. donatio C. d t.*

## XXXI.

Sic rem quæ nobis cum alio communis eſt *A*) citrà præiudicium tamen ſocij *B*) & eam quam bonâ fide poſſidemus cuiusq; nomine Publiciana nobis competit *C*) pignori dare poſſumus.

A) *cuius ſ. pro indiuiſo videmur habere dominium, itaq; & alienandæ eius & oppignorandæ poteſtatem l. ſi fratres 7. C. com. utr. jud. l. 4. § fin. Qui pot. in pign. Gra. conſ. 439. n. 4.*

B) *l. 7. & ib. Sich. C. com. diuid. l. 1. C. Si com. res pign. dat. ſit per l. ſi conſenſit § illud tenendum. Quib. mod. pig. uel hyp. ſol. l. 6. § ſi fundus l. 7. § ſi creditor. com. diuid. l. 2. C. eod. Bald. c. 12. Coſtal. ad l. Iulianus § idem Celſus de Act. emt. Moz. d. reb. n 36.*

C) *l. ſi ab eo 18. de pignor. Scilicet ut quâ conditione poſſeſſorem bonæ fidei, ut dominum tuetur Prætor, per l. bonorum § in bonis d. V. S. l. Maſc. d. probat. concl. 870 n. 8. uol. 2. ea tueatur per Seruianam creditorem. Sicut autem contrà uerum Dominum Publiciana experiri non licet l. pen. l. fin. de Publ. in rem act. ita nec creditor hypothecaria agere contra eundem poterit gl. in d. l. ſi ab eo & ib Br. Negus. p. 2. m. 3. n. 7. Bald. c. 12. Hot. d. tit. 3. Don. c. 8. in pr.*

## XXXII.

Sed nec earum rerum quæ in noſtro commercio



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0046-6

iam quidem non ſunt, at futuræ ſperantur oppignoratio conditionalis inuenitur prohibita A) quales ſunt fructus pendentes B) partus ancillæ C) fœtus pecorum & eaquæ naſcuntur: Imo & pignus pignori poſſe dari placuit D) Non tamen bona dotalia E) etſi mulier conſentiat F)

*A) l. & quæ nondum 15. in pr. di pignor. Con. d. c. 13. n. 6. Don. c. 7. Idem de uenditione, ſtipulatione, & legato eorum traditur in l. interdum 73. d. V. O. l. 1. de cond. & demonſtr. An ligitioſa res obligari poſſit quæritur? Et obligare eam ipſam ſub conditione debitorem poſſe, ſi in lite obtinuerit probabiliter dixeris argumento rei alienæ de qua 5. dictum eſt th. 27. & l. 1. § 1. Quæ res pig. & Auth. ligitioſa & ib. dd. C. de litig. Diſ. Mud. t. de reb. n. 2. Bald c. 2. Moz. c. de reb. n. 19. Lud Mayn lib. 2. de Act. c. 18. R. Lancell. de attent. in præfat. 2. p. n. 456.*

*B) Quos ſi proprietarius obliget, conuentionis & ſationis tempore eum fuiſſe Dominum ſufficiet: Sin fructuarius, perceptionis tempore ut Dominus ſit requiritur, quippe cum mortuo eo fructus non ad ipſius hæredem ſed proprietarium pertineant § is vero de R. D. Semper tamen conuentionis tempus ſimul includitur l. 11. § ſi de futura Qui pot. in pig. Moz. tit. quæ res n. 37. ſine res aliena obligata exiſtimetur.*

*C) Hunc ipſum á proprietario ſaltem obligari poſſe oſtendit l. uetus de Vſufr. eo tamen qui tempore conceptionis Dominus ſit Ex eo enim fætus qui in utero eſt pars uiſcerum matris exiſtimatur & conſequenter in eius dominio, in cuius mater eſt, nec ſufficiet hic conuentionis tempus: Quid ſi enim penes alium & concipiat ancilla & pariat, partus eidem naſcetur per l. Paulus 29. § 1. de pignor. Hot. tit. 3. mibi pag. 50.*

*D) l. 1. & 2. & ib. Br. Bl. & ſalic. C. Si pig. pign l. grege § cum pignori & ib. Br. rem pignoratam de pignor. non tamen cenſebitur res ipſa pignorata, ut Mud. placuit d. l. Quæ res n. 7. Sed jus quod in re creditor habet, nexus ſ. pignoris tamdiu quidem; donec primus debitor qui Dominus rei eſt ſolidum ſuum exoluat debitum: quo facto, pignus ſtatim euaneſcit l. debitor § fin. de pign. act. l. 1. in pr. C. Si pign. pig. Atq; ita reſoluto jure dantis reſoluitur jus accipientis ut pro regula feud. tradunt. in c. 1. § rurſus Quibus mod. f. amit. & § un. & ſi clien-*



*telus*

*tulus de Alien: feu. arg. l ſi ex duobus § fin. ubi Br. de in diem addic l ſi quis domum, locati l Statius Florus § Cornelio de jur. fiſ. Cra. conſ. 493 n. 3. Neg. p. 2. m. 3 n. 8. Sed quid ſi ille qui pignori pignus accepit debitori primo denunciet ne creditori ſuo ſoluat? ſuſtineri denuntiationem ſunt qui putant exemplo nominis obligati l. nomen C. quæ res pign. & not. th. ſeq. lit C cuius eadem fere cum pignore obligato ratio eſt, idemq; jus arg. l. ſi convenerit de pign. act. junct. d. § cum pignori l. 2. C. ſi pign. dat. ſit, ſatis probabiliter quidem & ipſa etiam æquitate ſuggerente. alias enim facilè & pro libitu debitor jus pignoris creditori ſuo inutile redderet cui aduerſus illum difficilior poſtmodum actio & exactio foret Fulg ad d. § cum pignori Mud. tit. quæ res pign. n. 20. Diß. Br. & Salic. in d. § cum pignori & dd. communiter Neg. p. 2. m 3 n 28. Sed et in genere actionis diſſentiunt: quod infra not. ad thes. 51. lit. B. Borch. de feud. c. 8. n. 62. Bald. h. c. 12. Hot. tit 3. Con d. c. 3 n 5. An verò ultra tertiam uicem oppignoratio eiusmodi admitti debeat quæritur Quod infinitatis uitandæ cauſa negat Moz. de reb. n. 35. ub. in ſpecie ita conſuluiſſe, Laur. Syl conſ 34. n. 5. aſſerit quem ſequitur Spec. t. de pignor. § ſed cum pignus. Diß. Mud d. loc. n. 17. & alij per Moz. alleg. d. loc. & Negus. p. 2. m. 3. n. 20.*

Num qui pignori pignus accepit debitori primo denunciare poſsit.

Oppignoratio an vltrà tertiam uicem ſuſtineatur.

E) *l. ſi ſine l. ſi ſciens & Auth ſiue à me C. Ad SCtum Vell. l. unic. § & cum lex C. de Rei ux. act. § 1. Inſt. Quib. a l. licet uel non No. 16. Quo pert. ea quæ not. S. ad th. 24.*

F) *Et hoc ex lege Iulia, quæ fundi dotalis alienationem conſentiente muliere non verò obligationem permittebat § 1. Inſt. Quib. al licet: Iuſt. in d. l. unic. neutram mulieri integram eſſe uoluit Bald. c. 12. Pard Prat. ad d. legem Iuliam.*

## XXXIII.

Sed & interdum res in noſtro commercio ſunt quarum oppignoratio ipſo jure inutilis eſt, at tuitione prætoris ſuſtinetur *A)* Ex quibus uectigale prædium eſſe & ſuperficiarium Paulus innuit *B)* Itemq; ea quæ nobis debentur uel traditis nominibus uel etiam cautionib. debitorum *C)*

A) *Quod*

*A) Quod ipſum non eſt infrequens in jure noſtro, ut ex æquitate quid ſuſtineatur, & quidem pr toris tuitione, quod ſtricto jure corrueret. Sic enim & uſumfructum uel jure conſtitui uel tuitione Prætoris ſuſtineri legimus l. 1. Quib. mod. uſ amit. & conſtat omnia fere interdicta & actiones Prætorias ex utilitate datas eſſe, ſicut: de Publiciana actione § namq; Inſt. de Act. de reſciſſoria § rurſus ex diuerſo de Pauliana de q. Seruiana & ſimilibus in d. t. de Actionib. Imp. teſtatur.*

Multa ex æquitate, neglecta ſtricti iuris ratione ſuſtinentur.

*B) l. tutor 16. § fin. de pignor. act. l. lex uectigali de pignor. ſ. quià eorum nomine utiles actiones hodie dantur, aduerſus quoscunq; poſſeſſores l. Prætor. de R. V. l. 1. § fin. l. fin. de ſuperſic. l. 18. § ei qui de damno inf. l. in prouinciali § pen. de No op. nunc Neg. p. 2 m. 3 n. 6 Creditore tamen in jure pignoris perſequendo potior habetur dominus cui ſalarium uel penſio debetur l. etiam 15 Qui pot. in pign. Don. c. 8. in pr. Hot. d. tit. 3. mihi pag. 16. His addunt nonnulli prædium Emphyteuticum, cum eius eadem cum uectigali ratio ferè ſit. Veremur tamen, ne requiratur conſenſus domini, quem in alienatione eiuſdem requirit Imp. in l. fin. C. de Iur. Emph. Con. 7. c. 12 n 10.*

Prædium Emphyteuticum num rectè obligetur?

*C) l. ſi conuenerit 18. in pr. de pignor. act. l 20. § 1 de pign. l. poſtq; C. de hæred. uel act. uend. Quorum nomine utilis creditori ad exigendum actio competit aduerſus eum cuius nomen obligatum habet, Quem tamen certiorem eius eſſe oprotet, cæteroquin ſi ignorans ſuo ſoluat creditori amplius conueniri non poteſt l. nomen: & ib. Hot. Quæ res pign argumento l. 3. C. de Nouat Bald. c. 21. An autem & quatenus ſola ſcientia debitoris ſufficiat explicat. Neg. p. 2. m. 3. n. 27.*

Alia Quæſtio.

## XXXIIII.

De ſeruitutibus quæritur: Et perſonalium eadem Prætoris tuitione hypothecam ſuſtineri conſtat *A)* non etiam realium *B)* Id quod in urbanorum prædiorum ſeruitutibus expreſſe Martia: aſſerit *C)* An in cæteris quæ ſunt ruſticorum prædiorum idem ſtatui debeat: controuerſum eſt: Affirmatiuam contra communem *E)* defendi poſſe aſtruimus. *F)*

*A) ſiue eam fructuarius ſiue proprietarius Dominus inierit. Quia enim emtorem uſusfructus tuetur Prætor ut Mart. ait in l. ſi is qui bona*

11. § uſusfructus de pignor. cur non & creditorem tuebitur per l. 1. § eam rem Quæ res pign. Con. d. lib. 4. c. 14. Cuiac. 15. obſer. 6. argumen. l. 6. C. de Vſufr. Quippe: cum idipſum æquitas ſuggerat, ut quoniam ſtricto jure uſusfructus qui in jure conſiſtit & perſona cohæret § fin. de Vſufr. non recte transferri in alium poſſit l. uel ſi ſeruo, fam. herciſ. nec quidem à proprietario per l. 2. & l. intereſt C. de Vſufr. quod latius conſiderat Hot. d. tit. 3. Eius tamen qui in facto conſiſtit, quiq; ſolam utendi fruendi, aut fructuum percipiendorum facultatem reſpicit uenditio, ceſsio uel obligatio admittatur l. ſi uſusfructus 66. de Iur dot. l. uideamus 19 l. arboribus § uſufructuarium de Vſufr. Quod ſi uſufructuario datum eſt, uti frui alieno fundo, certè & locare eidem & pignori dare fundum licebit, quod & ipſum in fructu eſt l. uideamus § pen & l. fin. de Vſur. l. 12. 38. & 39. de Vſufr Cuiac d. loc Negus. 1. memb. 2. part. n 9. & 10. Mud. tit. quæ res n. 10. Hæc tamen uſusfructus obligatio ultra uitam uſufructuarij uix durabit, ut nec uenditio eiuſdem, ſi ea in caſu non factæ ſolutionis, â creditore ſubſequeretur Iniquum enim fuerit, penes eum qui cauſam â fructuario habet, diutius conſiſtere uſumfructum, atq; penes ipſumfructuarium per regulam juris, in l nemo plus & ib. P. Fab. de R. I. l. traditio de acquir. rer. dominio l. cum miles Ex quibus cauſis maio. Negus. tamen d. loc. n 13. ex auth. Bl. in l. 1. C. Si pig. pign. uenditum uſumfructum â creditore nunquam ad proprietatem reuerti aſſerit, cui & Mud. aſtipulari uidetur d. loc. n. 11.

B) Quæcunq; enim prædij ſeruitus eſt ea prædio cohæret l. uia l. unus de ſeruit, nec poteſt quamdiu prædium penes debitorem manet, in alium transferri, ſed nec uendi, niſi una quoq; prædium diſtrahatur, quam uenditionem ſi prætor non tuetur, pignorationem tuebitur argumento l. 11. § ſi uſusfructus de pignor.

C) d. § uſusfructus: Seruitutes enim urbanæ cum ſuperficiei cohæreant per quam & earum poſſeſsio retinetur l. ſeruitutes de ſer. urb præd non poſſunt in alium transferri quam qui ſuperficiem iſtam poſsidet. Sicut uice uerſa. qui ſuperficiem obligat etiam ſeruitutem obligare intelligitur l ei qui pignori 16. de ſeruit Hot. d. tit. 3. verb. Con. d. lib. 4 c. 14. n. 3 & ſeq argumento l. 15. de pignor, act. l. prætor. ait § præterea. de bon. auth. jud. poſsid.

D) Inter

D) *Inter ueteres & recent. Interp. propter text. l. ſed an uiæ de pignor. ubi Paulus per aduerſatiuam q. diuerſum jus in ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, ſtatuere uidetur, ab eo quod priori lege Mart. in ijs quæ ſunt urbanorum prædiorum ſtatuerat. Sed alium reſponſi illius intellectum eſſe ex ſeq. th. apparebit.*

E) *Br Bl. Angel. & alij in d. l ſed an uiæ quib. aſſipulatur Moz. de reb. n. 21. & ex recentiorib. Hot. d. tit. 3. & 6. obſ. 25. Conan. d. c. 14. n. 1. & 2 Cuiac. 15. obſ. 6. & in par C. Si al. res Mud. t. quæ res n. 16. Ant. Fab. 5. con. 11.*

F) *tum quod ſeruitus à prædio cui adhæret diuelli nequeat d. l. uia & d. l. ung, § ideò Inſt. d. S. V. & R. P. tum quod ſeruitus ea creditori futura ſit inutilis, neq; enim ipſi cum perſonæ ſeruitus non ſit, deberi poterit, neq; eius prædio, quià alij prædio cohæret, à quo inuito Domino fundi ſeruientis auferri et in alium transferri non poteſt Don. c. 8. Duar. 2. diſp. c. 13. Indiſtinctè igitur uerum eſt, ſeruitutem & in urbanis et ruſticis prædijs pignori non rectè dari, niſi & fundus cui ſeruitus debetur, pignori detur ut Iul. innuit in l. 16. de ſeruit. ſicut enim ſine fundo conſiſtere ſeruitus non poteſt, ita nec ſine eo pignori dari Bald. c. 12.*

## XXXV.

Dominum tamen fundo proprio ſeruitutem imponere poſſe Pomp. placuit *A)* ut creditori uicinum tamen prædium habenti, tamdiu pignori ſit donec ſoluerit pecuniam *B)* quæ pactio propter utilitatem contrahentium prætoris tuitione, ex bono & æquo ſuſtinetur.

A) *referente Paulo in d. l ſed an uiæ.*

B) *Quod ſanè diuerſum eſt ab eo quod Mart. in præced. l. propoſuerat: Non quærit Paulus ut acute Duar. d. loc. animaduertit. An ſeruitutes ruſticæ pignori dari poſſint, ut ità eas ab urbanis ſeparet, ſed an Dominus in ſuo fundo ſeruitutem conſtituere creditori poſſit, qua pignoris loco utatur, quo ad ſoluta fuerit pecunia. Id verò Dominum facere poſſe Paulus ait, non quidem ut ipſo jure ſeruitus ualeat quæ ad tempus conſtitui non rectè poteſt l. 4. de ſeruit. l. foramen de Ser. urb. Præd. l. certo generi de S. R. P. Sed propter utilitatem contrahentium, propter quam & alia multa admittuntur, quæ ſtricto jure non ſubſiſterent l. ita* Intel. l. ſed an uiæ,

 Vulnera-

*Vulneratus ad l. Aquil. & in ſeruitute id ipſum aperte Papin. probat in d. l. 4 Et quidem de Domino fundi Paulum loqui ſatis indicat uerba quibus conueniri poſſe ait: Nam ut eiuſmodi pactionem alius quam prædij ſeruientis Dominus ineat, ratio non patitur, nec ipſa contrahentis utilitas. Quippe Dominus prædij ſeruientis negatoria creditorem aut etiam emtorem repellet perpetuo. Debitor etiam cui ſeruitus ante conſtituta eſſet, eo ipſo quod alteri eam cederet, fundi cauſam deteriorem faceret, contr. l. ſeruitutes § fin. de S. V. P. & alio modo quam ei conceſſum eſt, ſeruitute uteretur contr. l. 5. in f. & l. ex meo 24. de. S. R. P. Aduerſatiua autem qua Paulus, utitur, non ſeparat ſeruitutes urbanas à ruſticis: Verum docet: ipſa quidem quæ in alienis prædijs nobis debentur jura, pignori non poſſe dari, ſed tamen in noſtro ea rectè conſtitui pignoris loco, ut & creditor qui uicinum prædiũ habet ijs utatur, uel etiam uendat, nobisq; inuitis ſeruitutem imponat perpetuam. Vnde Mart. cum Duar. Don. & Bald. de conſtituta & quidem in prædio alieno Paulum de conſtituenda & quidem in fundo proprio ſeruitute loqui, recte dixerimus. Suffragatur ex auth Br. in l 1 de Vſufr. legat col. ult uerſ. & pro declaratione legis oppono & Bl. in d. l. ſi isqui § fin Negus 3. memb. 2. part. n. 15. Mud. tit. Quæ res: n. 16. Nebel. diſp. 8. th. 5. lit. F.*

## XXXVI.

Prohibentur tandem obligari ea quæ ad culturam agri pertinent *A*) Item arma militaria *B*) Quod & in ſpe præmiorum quæ pro coronis olim penſitanda Athletis erant Alex. reſcripſit *C*)

An quæ ad culturam agri pertinent uoluntate Dominorum obligari poſsint.

A) *ueluti, ſerui, boues, aratores, uomeres aratra l. 8. C. Quæ res pign. ſ. ne agrorum cultus & labor deſeratur, idquod Reip. in primis intereſt tum propter annonæ abundantiam & utilitatem Con. d. c. 14. n. 6. tum quod inde potiſsima tributorum publicorum pars ueniat. Quare nec pro executione ſententiæ eadẽ capi uoluit Conſtant. in l. 2. C. Quæ res pig. Cuiac. 4 obſ. c. 20. An uoluntate Dominorum obligari poſsint quæritur: quod Don putat. d. c. 8. Verum cum hæc ipſa conuentio publicæ utilitati aduerſetur, idem probare uix tutum fuerit Col. d. proceſſ. execut. p. 3. c. 9. n. 35. & ſeq.*

B) Nam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0052-0

B) Nam & illud Reipub. intereſt, milites armis inſtructos eſſe quibus patriam ab iniurijs & uiolento conatu hoſtium aſſerant, & iuſtitiam contra eiuſdem oppugnatores propugnent. Vnde uendi eadem absq; ſcelere non poſſe, imo deſertioni eam culpam exæquari Paulus dicit in l. qui commeatus 14. de re milit Sed nec quocunq; modo alienari: Certe cum uenditione eadem eximere lex uoluerit, à pignoris quoq; nexu immunia fecit per l. 1. § eam rem Quæ res pig. l. ſed & quod, l. ſi is qui § uſusfructus de pign. l fin. C. de reb al. non alien.

Arma militaria uendi nequeunt.

C) l. ſpem præmiorum 5. C. Quæ res pign. Et hoc ideò ne ſi ademta Athletis ſpes eſſet ijs potiundi, quæ iam ante obligata eſſent uirtus & certandi alacritas, imminueretur, quæ præmijs propoſitis magis magisq; accenditur Don. c. 8. Commoda tamen ipſa ubi iam per cepta fuerint, cum in cauſam judicati capi poſsint l. commodis 40. de re iud. etiam priuata conuentione obſtringi poſſe Don & Hot. d. tit. 3 exiſtimant. quippe cum hic ceſſet ratio prohibitiua quod & Moz. probat tit. quæ res n. 28. ſubiungit tamen ex Br. & DD quos ſequitur Mud. t. de reb. n. 27. opinione, non niſi in ſubſidium deficientib. ſ. alijs rebus pignori eadem obſtringi poſſe.

Præmia quæ iam perceperunt obligare Athletæ poſſunt.

D) Hodiè ut id ipſum in omni ſpe eorum præmiorum quæ ob uictoriam in quocunq; certamine uirtutis cauſa publice fuerint propoſita, obtineat ratio ſuggerit & not. Don. d. loc.

## XXXVII.

Quod reſtat: Feudum nec totum nec pro parte ſine conſenſu Domini *A)* à Vaſallo pignori uel hypothecæ *B)* ſub priuatione eiuſdem ſubijci nequit. Fructus tamen oppignorari poſſe communiter receptum eſt *C)* Et vero etiam ipſum feudum ſi fuerit quæſitum pro ſe & quibus ipſe dederit, uel cum clauſulâ libere alienandi & fruendi *D)*

A) c. Imperialem: d prob. f. al. per Frid. c. un. § donare Qual. ol. pot. F. ali. Aluar. in c. 1. § præterea de capit. Conrad. Zas. in epit. feud. d. F alien. n. 3. & 6. Borch. de feud. c. 8. cum mult ſeq. Curt. tr. feud. p. 4. n. 59 Spec. de pignor. § 1. VVeſ. in par tit. Quæ res pig. n. 3. & Feudiſt. communiter Alex. conſ. 41. uol. 6 & conſ. 124. uol. 4. Negus

p. 2 m. 2. n. 43. Chaſs. in conſ. Burg. Rubr. 3. § 8. verb an alienatio n. 11. Schrad. in tr. feud. p. 8. c. 1 n. 22. & ſeq. nec pro reſtitutione dotis quidem: Schrad. d. loc. n. 23. Menoch. conſ. 127. n. 15. Negus. d. loco Cra. conſ. 1000. n. 293. Pariſ. conſ. 18. n 1. vol. c. 1 VVeſ. conſ. 12 n. 24.

B) Eadem enim ratio uis & effectus pignoris & hypothecæ eſt, ſi quæ autem differentia eſt ea ſaltem in nomine & dictione hæret. § item ſeruiana Inſt. de Act. & S. not. th. 20. lit. E. Quare & res quæ pignori dari nequeunt hypothecæ exemtæ ſunt per l. ſi is qui bona § uſusfructus in f. d. pignor. Feudum verò oppignorari Imp. prohibuerunt uel ex hac ratione, ne ſi poſtea non ſoluto debito, illud diſtraheretur, vires imperij diminuerentur, ut conſpicuum eſt ex d. c. unic. Eadem ratio F. hypothecam inuertit: Nam & hic non ſoluto debito feudũ perſequi poſſet creditor & diſtrahere. Certe cum omnis omninò alienandi F. modus abolitus eſſe debeat, nec pignus eiusdem nec hypotheca ſuſtinebitur argumento l. fin. C. de reb. al. non al. & eorum quæ trad. Goed. ad l. alienatio 28 de V. S. n. 8. Ardiz in Rub. Vtrum etiam pig. oblig. Laud. in d. c. Imperialem n. 11. Sonſb. part. 12. n. 100. VVeſ. de feud. c. 11. Hot. conſ. 30. Tib. Dec. conſ. 83. n. 12. uol. 2. & conſ. 33 n. 41. uol 1. Pariſ. conſ. 12. n. 57. uol. 1. Menoch. d. conſ. 127 n 20. Crau conſ 1000 n. 293. Rol. à Vall. conſ. 97. per tot. uol. 1. Diß. Bl. in c. 1. § aut ſi libellario Quibus mod. F. amit. Alu. in d. c. unic. & § præcerea de cap. Conr. Schenck d. l. Quib. mod. F. amit. VVurmſ. in pr. obſ. t. de Feud. c. 21. Clar. q. 35. Hart. Hart. t. de feud obſ. 21 Curt p. 4. n. 59. Borch c. 8 n. 60. & alij.

C) ex auth. Bl. in d. § aut ſi libellario n 3. & aliorum quos cumulatim citat Borch. d. c. 8. n. 58. Curt. d. loc. Quod tamen nec ipſum ſatis arridet Sonsbecio. Sed tutius fuerit Communi opinionī, quæ hucusq; obtinuit, inhærere Schr. d. loc.

D) Nam & ipſum uendi, donari, uel alio modo citra Domini uoluntatem alienari poſſe, author feudiſt. diſertis uerb. oſtendit in c. un. in pr. de Feud. non hab. prop. na. F. Idem DD. tradunt, in c. 1. § feudum. Si de Feud. def. Curt part. 4. n. 141. Clar. § feudum q. 31. n. 8. Ias. in l. fin. C. de Iur. Emph. n. 6. & 7. Cc. in c. de multa argumento ill. text. d. præb. . Piſtor. part. 2. q. 84. n. 22.

## XXXVIII.

Hoc

Hoc generaliter notandum: Cuiuſcunque rei uel ex teſtatoris uoluntate, uel legis ſanctione, aut expreſſa partium conuentione, alienatio prohibita eſt, eiuſdem nec oppignorationem Iuſtin. conſtitut. admitti.

*in l fin. C. de reb. al. non al. § nos igitur Auth. de reb. Eccleſ. non alien. adde. c. nulli extra eod. tit. l. ſi uſum fructum § in ſumma de liber cauſ. ſ. quia & oppignorationi ſi in ſolutione ceſſauerit debitor, jus diſtrahendi rem ſuppoſitam adhæret t. tt. ff. & C. de diſtr. pig. l magis puto § ſi pupillus de reb. eorum l. 2. C. ſi ex cauſa judic. l. ordo C, d. execut. rei jud. Hart. Piſt q. 15. n. 55. Men. d arb jud. q lib. 2. cent. 2. n 30 Goed ad l. alienatio. d. V. S. Crauet. con. 964. n. 30. Nat. conſ. 474. n. 21. Bald. c. 12. in f.*

## XXXIX.

Obligantur vero res pignori uel ſpecialiter, uel generaliter A) Specialiter cum de certa re uel parte aliqua bonorum ſpecialiter & nominatim conuenit, ſiue illa res ſit ſpecialis ſiue uniuerſalis B) Quæ conuentio & illa quæ ui nominis eius quod dictum eſt continentur, & ea qua per conſequentiam rei de qua conuenit accedunt, uel inde nata profectaque ſunt complectitur C) Oligatio ſpecialis.

A) *Hinc pignus aliud generale dicitur aliud ſpeciale Vult. in Meth. lib. 1. c. 34. l. 1. in pr. l. 6. & ſeq. l Paulus 29. de pignor. l. qui generaliter 2. C. Qui pot. in pig. l. ſi qui mihi in f. d I. Fiſc. Hot. tit. 1. pag. 19. Bald. c. 9.*

B) *d. l. 1. l 15. § quod dicitur l. grege 13. l. cum tabernam 31. de pignor. l. 2. C. d. pignor. Hot. de loc. Don. c. 8.*

C) *arg. d. l. 1. § 1. l. fideiuſſor. 26. de pignor. Bald. c. 9.*

## XL.

Hinc grege pignori obligato, ea quæ poſtea naſcentur, quæque in demortuorum uicem ſubſtituta fuerint A) Tabernâ oppignoratâ, merces tum conſtituti pignoris tempore, tum poſtea cum creditor pignus perſequitur in ea repertæ, tenentur, etſi ſpecies forte mutatæ, uel aliæ res illatæ ſint B)

A) d. l. grege Grex enim obligatus eſt non ſingula corpora, unde licet totus grex innouetur, dum paulatim aliæ oues alijs ſubſtituuntur, grex tamen idem, idemque corpus eſſe intelligitur argumento l. proponebatur 67. d. Iudic. Alia ratio mancipiorum eſt: hæc enim cum morte eſſe deſinant, non poſſunt dici quæ ſubſtituuntur, illa eſſe quæ prius fuerant l. fideiuſſor 26. de pignor. Don. d. loc. Hot. tit 3. mihi pag. 63.

B) l. cum tabernam 34. in pr. de pignor. Etenim cum aſsidua ſit rerum ad negociationem pertinentium commutatio, in tabernâ oppignoratâ non ita quid olim fuerit in ea, uel nunc ſit attenditur, quam quid ipſa uerbi ſignificatio complectatur: Sed hoc ipſum ſaltem obtinet in illis mercib. quæ mortis debitoris tempore in tabernâ inuentæ fuerint ut ipſe Iuriſconſ. explicat d. l. 34. Cæterum ab hærede ſubſtitutæ obligationi exemtæ erunt per l. Paulus de pignor. Sed & ut paulatim & peruices q. nouæ merces illatæ ſint, requiritur. Quod ſi omnes ſimul & ſemel diſtraherentur aliæque ſubſtituerentur, non eadem foret uniuerſitas, ſed alia argumento l. quid tamen § in nauis Quibus mod. uſ. amit. l. ſi ita legatum 65. § fin. de leg. 1.

Merces ab hærede ſubſtitutæ, obligationi eximuntur.

## XLI.

Fundo quoque pignori dato pars ei per alluuionem aggeſta, *A)* proprietate, nudâ uſusfructus poſtea conſolidatus, *B)* area, ædificium *C)* quod ei impoſitum, uel ueteri deſtructo reædificatum eſt *D)* tenetur. In pari cauſa ancillarum uel mancipiorum partus, pecorum fœtus, fructus prædiorum eſſe, Iuriſconſultorum reſponſis probatur *E)*

A) l. ſi fundus 16. in pr. de pignor. l. ſi conuenerit 18. § ſi nuda de pignor. act. ſ. quia id quod agro per illuuionem adijcitur pars eius exiſtimatur § præterea Inſt. de R. D. & cum agro tranſit arg. l. 1. de fund dot. l. id quod, de peric. & com. rei uend. l. quod in rerum § ſi quid poſt. de legat. 1. Don. c. 6. Bald. c. 10. in pr.

B) d. l. ſi conuenerit § ſi nuda quippe cum uſusfructus amiſſus proprietatem ſequatur § fin. inſt. de Vſufr.

C) d. l. ſi fundus l. domo 21. de pignor. act. Quicquid enim ſolo impoſitũ eſt ſolo cedit, ſic ut ſoli et areæ pars eſſe incipiat § 1. inſt. d. Vſufr.

l. adeò

*l. adeò § cum in ſuo d. acquir. rer. dominio § cum in ſuo inſt. de R. D. & ius ſoli ſequitur d. l. domo.*

D) *uel apud ipſum debitorem uel alium cui area uendita eſt: Hæc enim cum ſua cauſa tranſiit, vnde cum ædificio recte uindicari poteſt ſi tamen et bonæ fidei poſſeſſori ſumtus in extructionem erogati, quatenus ſ pretioſior res facta eſt, reſtituantur l. 28. § domus de pignor. Secus eſt in malæfidei poſſeſſore qui cum ſciens rem pignoratam emerit ſibi imputet, quod non diligentius â creditore ſibi caueri fecerit argumento l. ſi cum poſtulaſſem § 1. de dam. inf. Sanè verum eſt: Domô diruta quæ uel legata uel cuius uſusfructus relictus erat extingui ipſum & legatum & uſufructum l qui uſumfructum 36. d. Vſufr l. ſeruitutes 20. § ſublatum de S. V. P. argumento l quid tamen 10. § in nauis Quib. mod. uſufr. amit. l. lana 88. de leg. 3. l 6. de aur: & arg. l ſi ita legatum 65. § fin de leg. 1. Saltem enim ſpecies illa non ipſius ædificij materia relicta fuit, nude non mirum ſi mutata & peremta ſpecie illa legatum perimatur, uel etiam uſusfructꝰ extinguatur, quem ipſum mutatâ forma rei interire conſtat ex. l. repeti Quib. mod. uſ. amit ſ. ut res ad proprietatem eo facilius reuertatur, nec inutiles eſſent proprietates ſemper abſcedente uſufructu § 1. inſt. de Vſufr. Alia ratio pignoris eſt: Hoc ipſam rem naturaliter quidem, uel ipſam materiam afficit l. ſi fundus § ſi res de pignor. vnde licet forma quodammodo mutetur, quia tamen idipſum corpus quod obligatum eſt manet tanquã principale, pignꝰ etiam manere neceſſum eſt, & conſequenter quicquid ei impoſitum fuerit, pignoris cauſam ſequetur, tanquã acceſſorium principale uel pars totũ Don d. loc. Hot. d. t. 3 mihi p 67. vide Couar. V. R. lib. 1. c. 8. ubi de meliorationibꝰ rei hypothecatæ diſputat. contr. communem adde Negus. 5. p. m. 4. n. 11 & ſeq.*

*Cur domo quæ uel legata uel cuius uſusfructus relictus eſt, diruta legatum & uſusfructus extinguatur*

E) *d. l. Paulus § ſi mancipia l. fideiuſſor § Lucius Titius eod t. ſ. quia in pari cauſa cenſentur cum utero l. 1. C de part. pig. & pars uiſcerũ matris exiſtimantur l. 1. § ex hoc de uentr. inſp. adde l. 3. C. In quibus cauſis pig. tac. contrah. Sed ut partus Mancipiorum in cauſa pignoris ſint, requiri inſuper Paulus indicat d. § ſi mancipia, ut apud Dominum hæredemue eius qui obligauit pepererint quod Accurſ. ita accipit, ſi modo & conceperint: Quippe ſufficit ea concepiſſe apud Dominum, etſi non pepererint quod proculdubio Vlp. ſenſit in l. ſi cõuenerit § ſi fundꝰ de pig. act. atq; ita accipiendꝰ etiã Caiꝰ fuerit in l. potior § ſi de futura Qui pot. in pig.*

*Quatenus partus mancipiorum ut cauſa pignoris ſint.*

*in pig. nimirum ſi cum tempore conuentionis etiam conceptionis & natiuitatis aut certe conceptionis tantum concurrat. Don. d. loc. Hot. d. tit. 3. & ad l. 1. C. de part. pign.*

## XLII.

Obligatio generalis.

Generaliter res obligantur cum ſine ullâ certarum rerum notatione res omnes nexui uel hypothecæ ſubijciuntur, quas quis habet ant habiturus eſt *A)* qua obligatione & nomina comprehenduntur *B)* non etiam ea quæ ab hærede eius qui obligauit, ex alia quám hæreditatis cauſa quæſita ſunt *C)* aut quæ uerìſimile ſit ſpecialiter quem obligaturum non fuiſſe. *D)*

Futurorum appellatione etiam ea quæ ex hæreditate ueniunt, continentur.

*A) l. 1. 8. 15. § 1. l. 29. de pignor. l. 2. C. eod l. ſi qui mihi 28. de Iur. fiſc. Et in illis quidem reb. quas creditor habet obligatio purè, in alijs quas habiturus eſt conditionalis intelligitur contracta eſſe, ſi quando acquiſitæ fuerint, qua conditione deficiente, ipſa etiam pignoris obligatio deficit: Sed & ſi in ſpecie quis futurorum mentionem non faciat, ſed ſpecialiter dicat res meas obligo, nihilominus generalem hypothecã contraxiſſe exiſtimabitur, & futura ſimul cõprehendiſſe per l. fin. C. Quæ res pign. Futurorum vero appellatione etiam ueniunt quæ quis ex hæreditate alteriꝰ conſequitur, neq; hic committitur pactio de hæreditate uiuentis contra l. fin. C. de pact non enim eam ipſam rem, quam ex hæreditate alterius quis ſperat, obligatio iſta concernit, ſed in futurum caſum eumq; contingentem, incertum tamen, dirigitur Bald. c. 9. Mud t. quæ res n. 7. Pariſ. conſ. 50. n. 22. uol. 1. Tib. Decian. conſ. 27. n 7. uol. . Si quæ tamen res generali obligatione creditoris conſenſu ſemel exemta fuerit, in eam non recidet, etſi ad priorem Dominum legitimo modo reuerſa fuerit ex Iuſt. conſt in l. fin. C. de remiſ. pign. quam ſingulariter notat Br. ſing. 206. & Angel. in l. & peculium § 1. de pecul legat.*

B) *arg l. tabernam § fin. de pignor. Nempe quia & pecuniæ creditæ dominium in mutuantem tranſit l. 2. de reb. cred. Conan lib. 4 c. 14. n. 5. Negus. p. 2. memb. 2 n 8. Maſc. de probat. concl. 24. uol. 2.*

C) *per l. 29. in pr. de pignor. Bald. c. 9.*

D) *uel quia in uſum quotidianum habentur, ut ſunt ſuppellex, ueſtis & quæ mancipia aut jumenta eodem uſu habentur, uel quia ad af-*

*fectionem*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0058-3

ſectionem eius pertinent, qualis eſt concubina, filij naturales, alumni. l. 6. 7. & 8. de pignor. l. 1. C. Quæ res pig. Paul. 5. ſententiarũ tit. 6. § fin. Hot. & Don. d. loc. Sic nec generali oratione concedere quis uidetur id quod ſpecialiter non permitteret, c. in generali de R. I. in 6. & ib. Dyn. c. cum in generali de officio uic. in 6.

## XLIII.

Seruum etiam qui Domini uoluntate omnia eius bona obligaſſet, ipſum pignore comprehendi Paulus reſpondit *A)* At vero ſi quis bona ſua mobilia & immobilia nectat, generalis hypotheca non fuerit, cum nec ueniant jura nec actiones *B)*

A) *l. 29. § fin. de pignor. Quamuis enim ſeruus cum nomine domini ſui contrahit, uice ipſius eſt, eiusq; perſonam gerit, Ex quo tamen ſeruꝰ eſt, & inter res à Domino poſſeſſas numeratur non mirũ ſi tanquã pars quædam poſſeſionũ Domini in eam obligationem generalem ueniat quam ipſe tanquã Dominus fecit. Con d. lib. 4. c. 14. n. 5. Bald. d. c. 9.*

B) *ut Negus. tradit. p. 2. memb. 2. n. 9. ex auth. dd. quos ib. citat & Cra. conſ. 381. n. 3. ſ quia appellatione bonorũ mobilium & immobiliũ ſpecialiter facta non ueniunt jura & actiones, ſeparantur enim hæc ab illis, & tertiam quandam bonorum ſpeciem conſtituunt, ut non obſcurè liquet ex l. á Diuo Pio § in uenditione de re judic. & magis aperte ex l. 1. C. de Præt. pign. Ex quo etiam publicatione bonorum ſimpliciter facta jura & actiones uenire, ſecus autem ſi publicentur bona mobilia & immobilia Bl. Alex. Ias. & alij quos citat Neg. d. loc. notant in l. ſi conſtante § fin. ſolut. matrimonio.*

Appellatione bonorum an ueniant iura & actiones.

## XLIIII.

Quæ de hypotheca generali dicta ſunt, in hypotheca etiam tacitâ legitima obtinere uerius putamus.

*per text. l. in reb. C. d. I. dot. l. Aßiduis C. Qui pot. in pign. l. fin. C. Quæ res pign. Tacita enim hypotheca omnes res debitoris generaliter includit, cum nulla certarum rerum expreſſe & nominatim facta ſit mentio, ut ſpecialis obligatio contracta eſſe dici poſsit: Sicut autem ſpecialiter res obligata dicitur cum certa rerum & expreſſa mentio facta*

*eſt, ita è diuerſo res expreſsim obligata dicitur quæ ſpecialiter obligatur. Bald. d. c. 9. Eandem ſententiam probat Bl. in l. hac edictali § omnibus C. de ſecundis nupt. & in l. ſi cum pecuniam C. de Iur fiſc. arg ill. text. & DD. com. in l. fin. C. Quæ res pign. Ludouic. Rom. Sing 147. ubi in addit. plures citat. Gabr. Sarayn Negus. p. 2. m. 4. n. 165. & ſeq. Sich. ad tit. C. Quæ res pig. n 17 qui tamen Martinum ueterem gloſat; contrarium magis apprehendiſſe fatetur. vid. Dyn. ſing. 48. & Aluiſ. d. Albert ſing. 60.*

## XLV.

Quibusnam obligationib. pignus accedat.

Præterea cum contractus pignoris acceſſorius ſit, nihil refert an ob mutuum ineatur, aliamue cauſam debitam: *A*) Imo pro quacunque obligatione iniri poteſt, ſiue ea ciuilis ſit, *B*) uel naturalis tantum, *C*) uel prætoria *D*) præſens aut futura, *E*) propria uel aliena, *F*) pure uel ſub conditione, *G*) aut etiam in diem contracta: *H*) nec tantum pro ſorte ſed etiam pro uſuris: *I*) Non attento decreto iudicis, *K*) quod in rei immobilis hypotheca ius Saxonicum requirit *L*)

A) *Siue enim emtio contrahatur aut uenditio, locatio aut conductio, uel mandatum, res hypothecæ dari poſſe Mart. reſpondit in l. res hypothecæ de pignor. Exempla ſunt in l. Iulianus 13. § offerri de act. emt. l. hæreditatis 22. de hær. uel act. uend Sic pro dote maritum res ſuas recte obligare probat. l. quod autem 7. § ſi uxor de donat. int. uir. & ux. l. quamuis ſol. matrimonio l. 1. in f. Qui pot. in pign. l. 10. C. eod. Hot. t. 1. Boer. deciſ. 296. n. 17. Mud ad rubr. de pign. n. 2 & in l. contrahitur n. 8. Negus. p. 2, memb. 3. n. 3. Sed cur fideiuſſores dotium non admittuntur l. 1. & 2. C. Ne fideiuſſ. dot. Molin. de Vſur. q. 32. n. 254. Gail 2. obſ. 84. n. 10. Hot. de dote n. 101. Cuiac. tr. 4. ad Affr. mihi pap. 107. quippe cum eadem pignorum & fideiuſſorum ratio eſſe uideatur per l. 6. de fideiuſſ. argumento l. plus cautionis de R. I. Diuerſitatem oſtendit Mud. d. loc. n. 10. 11. & ſeq. adde Alciat. 4. par. 26. Diſs. Duar in ff. ſol. matrimonio t. de dote c. 4. Con. 8. com cap. 9 n. 8. Bl. No. tr. de dot. p. 6. priuil. 21. Vand. de priuil. cred. c. 4.*

Fideiuſſores dotium non admittuntur

B) *ueluti literarum obligatio poſt biennium t. tt inſt. de lit. obligat. & t. tt. C. de non num. pec & actio judicati l. 4. § Sed cum pignora. de re jud. quod plurib. explicat Mud. d. loc n. 18.*

C) *Hæc enim quamuis actionem non producat ſoluti tamen repetitionem impedit l. naturaliter, de cond. ind. & ad compenſationem ualet l. etiam de compenſ. tandem etiam fideiuſſorem recipit & hypothecam l. fideiuſſor obligari § fideiuſſor accipi l. Marcellus de fideiuſſ. Mud d. loc.*

D. *Quæ & honoraria dicitur & in ubſidium datur obligatione ſ. & cauſa ciuili deficiente l. quia 11. l. quoties 21. de præſcript. uerb. l. ius autem 7. § 1. de jus. & ju. Quia verò tantum operatur atq; ciuilis l. in honorarijs § illæ l. obligamur 52. de Act. § & obl. de conſtituta inſt. de Act fideiuſſorem quoq; & hypothecam recipit per text. expr. in d. l. res hypothecæ.*

E) *Nam & fideiuſſio præcedit & ſequitur principalem obligationem § fideiuſſor cum § præced. inſt. de fideius. dum tamen ſi præcedat uis & poteſtas hypothecæ in tempus futuræ obligationis conferatur: Interim debitori liberum fuerit easdem res de quarum hypotheca conuentum eſt, alteri prius numeranti pecuniam obligare, eumq; potiorem facere l. Titius Quæ res pign l. diuerſis C. Qui pot. in pign uel etiam pecuniam omnino non recipiendo, ab obligatione & hypotheca ſe liberare l. qui pecuniam ſi cert. pet. Gra. conſ. 872. n. 5. Diuerſum in dote eſt ut Mud. explicat d. loc. & rationem addit.*

F) *d. l. res hypothecæ Quæ omnia & ſingula accuratius perſequitur Mud. d. loc. quem vide.*

G) *Et conditionali quidem debito etſi pure accedat hypotheca, hæc tamen antequã exiſtat debiti conditio non tenet per l. ſi teſtamento § quæſitum l. ſi ut proponitur de fideiuſſ. Cæterum differt conditionalis obligatio à futura: Hæc uires ſuas ſortitur cum ſecuta fuerit nec retrahitur ad tempus conuentionis itaq; & pænitere debitor poteſt d. l. pen. Quæ res pig Illa ſtatim ex præſenti ſubſiſtit & quam primũ conditio extiterit incipit res obligata eſſe ſ. ex die contractæ obligationis q tum purè ſtipulatio interceßiſſet, unde nec qui ſe oligauit mutare formam obligationis poteſt, & facere ut aduerſario inuito res ſit extra cauſam pignoris l. potior 11 Qui pot. in pig. Hot. d. t. 1.*

Quid conditionalis obligatio à futura differat.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0061-9

An hypothecaria ante diem obligationis rectè agatur.

H) *l. quæſitum de pign. Sed quæritur cum ex ſtipulatione in diem obligatio ſtatim naſcatur § omnis ſ. d. V O An etiam hypothecaria ante diem obligationis exiſtentem agi poßit? Et communius quidem ex ratione d. l. quæſitum hoc placuit, non quidem ſimpliciter agi poſſe ſed tum demum cum creditoris intereſt. Quod Acc. Br. Bl. Ang. & Salic. & alij in d. l. quæſitum ita explicãt. cum ex iuſtâ ſuſpicione cauſam agendi præbuit ipſe poſſeſſor hypothecæ Aliorum tamen alia fuit opinio prout apud Mud. uidere eſt d. loc.*

I) *per l. ſolutum § ſi in ſortem de pign act. ſiue illæ in ſtipulationem deductæ fuerint ſiue non, modò pignus in eas obligatum fuerit.*

K) *Quippe cum ſolus contrahentium conſenſus ſufficiat ut Caius loquitur in l contrahitur 4 de pignor.*

L) *Coler. in proc execut. p. 1. c. 10. n. 17. & p. 3. c. 1. n. 118. Conſt. Sax. 2. t. de cont. in manſcr. VVeſ. de pignor. n. 4 Et hoc ideo ne quis re ſua male utatur § pen. Inſt. Quib. al. licet uel non Deinde ut creditorum qui uel unam rem plurib. obligare præſumſerint, fraudib. & temeritati obuiam eatur vide Mud. tit. Quid in hyp. act. prob. n. 6. & in l. contrahitur n. 25.*

## XLVI.

De pactis pignorum.

Pacta etiam ſi quæ pignoribus adijciuntur ea demum ſeruanda ſunt quæ prohibita non reperiuntur *A*) Prohibita vero eſt pactio commiſſoria noua Conſtantini ſanctione *B*) (quamuis nec ipſa Iuriscon. ante conſtant: ſatis probata fuerit *C*).) uſq; adeò ut nec iureiurando firmari *D*) quod tamen Innocentius tertius uoluiſſe uidetur *E*) nec conſuetudine approbari *F*) nec renunciatione interueniente *G*) ſuſtineri poſsit: Indiſtincte quidem, ſiue ad commodum principalis creditoris, aut fideiuſſoris pro debito indemnitatis ſuæ, *H*) uerbis directis aut obliquis *I*) in mutuo uel alio debito *K*) ſuper re ſpecialiter aut generaliter *L*) aut etiam nullo modo obligata *M*) fiat. Irrita quippe eſt & inutilis omnino, nec quicquã prodeſt ſiue ad agendum ſiue ad excipiendum

dum N) etſi ex interuallo interponatur O) Quin debitori integrum eſt oblata poſt diem pecunia pignus repetere.

A) *per text l. fin. § 1. C. de jur. dom. imp. & l. 3. C. de pignor. & utrobiq; DD. l. ſi fundus § fin. de pignor. l. fin in pr. d. contrah. emt Neg. p. 4. n. 8. Col. d proc. exec. par 3. c. 12. n. 61. Perpetuum enim hoc in jure eſt ut quæ ex genere permiſſorum ſunt, æſtimentur per expreſsionē contrarij: quippe cum contrariorū eadem ratio ſit & diſciplina l. fin. C. de ind uid. tol, argumēto § 1. inſt. d. his qui ſunt ſui et al. § 1. inſt. de tut. Cic. 2. de Orat. & hoc ipſo quod expreſſe quid prohibitū non eſt tacitè permiſſum exiſtimetur l. ex eo quod prohibet d. teſtib. arg. l. cum Prætor. 12. in pr. d. Iudic l. nec non § quod eius Ex quibus cauſis ma: c. nuper extra de ſententia excom. l. ſi ſticho 53. de pecul. Sic edictum de Procuratoribus prohibitorium eſſe teſtatur Paulus in l. 43. § 1. de Procur. Sic qui uel natura, uel lege uel moribus iudices eſſe non prohibentur, tacitè admittuntur d. l. cum Prætor 12. Idem de illis, qui uel teſtamenti factionem habeant, uel teſtes adhiberi teſtamento queant, arguitur in l. 4. & 19. de teſtamentis arg. l. 1. de teſt. c. qualis diſt. 25. Graſ. § teſtamentum q. 20. n. 1.*

Quod in iure non expreſſe prohibitum eſt tacite permiſſum eſſe exiſtimatur:

B) *in l. fin. C. de pact. pign. Captioſum enim exiſtimatum fuit & uſurarum prauitatem redolere c. quia in omnibus extra de Vſur. c. ſignificante extra de pign. imo creditorum plus iuſto aſperitatem & auaritiam arguere Molin de Vſur. q. 52. n. 363. ita paciſci, ut ſi conſtituto die pecunia non ſoluatur, pignus creditori cadat in commiſſum: Scilicet, defraudarentur hac ratione pro minori pecunia pignoribus etiam pretioſiſsimis debitores, & quod contra juris naturalis rationem eſt, creditores cum ſumma debitorū iactura fierent locupletiores l. nam hoc natura de cond. ind. Coler. de proc. execut. p. 1. c. 5. n. 9. & c. 10. n. 179. Negus. p. 4. n. 1. cum mult. ſeq. Io. Bap. Lup. in repetit l. 2. C. d. pact. int. emt. & uend. Tiraq. de retr. conuent. ad ſ tit. n. 140.*

C) *Obſcure tamen quid ſentirent ſignificarunt, ut uidere eſt apud Vlp. in l. 45. de ſolut. & Scæuolam in l. fin. de contrah. emt. Vnde creditores illorum patientia ſæpius abuſi fuerunt, ut Conſtant. in d. l. fin. in pr. rectè dixerit, creuiſſe aſperitatem legis commiſſoriæ ſ. ex*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0063-1

*praua conſuetudine, quam & ipſam bonæ rationi & ll. derogaſſe compertum ſæpius eſt & Celſus innuit in l. 39. d ll. Exemplis verò. probat Con, 1 com. c. 10. n. 10 Bald c. 17 Diß. Hot. ad d. l fin. & alij.*

Iuramentũ contrà bonos mores non ſuſtinetur.

D) *Durum enim fuerit & exemplo graue, ſi quod temerario & contra bonos mores, imo contra naturalem rationem & æquitatem extorſum q. & præſtitum eſt à debitorib. pecuniæ indigentib. iuramentum ſeruari debeat contra c. non eſt obligatoriũ d, R. I in 6. c etſi Chriſt9 extra de Iur. l. non erit § ſed ſi quis de iureiur. Br. in l. ſi quis pro eo de fideiuſſ. Ab. in c. ſignificante extra de pign Neg. 4 p n. 3. & 4. Certè fraus legi ſaluberrimæ fieret, aſperitati & auaritiæ creditorum conſuleretur, qui uel perpetuo pactionem iſtam commiſſoriam, quam ſimpliciter initam jure non ſuſtineri animaduerterent, juramenti uinculo firmari curarent. Molin. d. loc. n. 364. Don c. 1.*

E) *in c. ſignificante extra de pignor. Quando creditorem uult ſorte contentum eſſe & pignus liberari, ſi pecuniam debitor, quam ſtatuto & definito termino ſoluturum ſe ſub lege commiſſoria, accedente juramento receperat, per nuntium fidelem & certum remiſerit. Ergo ſi non remiſerit, alia etiam pacti & juramenti ratio & obſeruatio fuerit gl. ibid. Tiraq. de retr. con. in præfat. n 7. Fab. de mont tr. emt & vend. q 7. in pr & n. 11. Guid Pap deciſ. 6. n 2. Moz. de accid. pig. n 9. Probabilius eſt dicere Innocentium ad propoſitam facti ſpeciem reſpondiſſe, ſimpliciter, in alijs autem caſib. iuri & æquitati nihil derogaſſe, cum & ipſe ſciuerit, quid pacto tribuendum ſit quid item juramento; quod neutrum debeat eſſe uinculum iniquitatis c. 1. de Iurei. in 6. d l. non erit arg. l. f C. de non num. pec. Mud. tamen t. d. pact. l. com n. 9. debitorem hoc caſu ad relaxationem juramenti agere debere exiſtimat per c. 1. & c. debitores extra de Vſur.*

Intel. d. c. ſignificante

F) *arg. l. 2. & ib. Bl C. Quæ ſit long. conſ quippe cum rationi & ll. aduerſetur conſuetudo eiuſmodi, nec tam conſuetudo quam corruptela dicenda ſit arg. c fin. & ib gl. v. rationabilis extra de conſuet. c. 2. 3. & 4. diſt 8 l. quæ verò contra rationem de ll. Mud. & Neg. d. loc.*

G) *Quia non fauore debitoris tantum ſed maximo creditoris odio lex lata eſt Salic. ad d. l. fin. Tiraq de utr. retr. § fin, n. 123. Mud. d. loc. n. 8. Qua ratione nec SCto Macedoniano renunciare filiumfam*

*poſſe*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0064-6

poſſe traditum eſt per l. 1. l. 11. & ib. gl. & Coſtal. ad SCtum Maced. Myнſ. ad § illud propriè n 9. I. Quod cum eo qui in al. poteſtate Gomeſ. 2. V. R. 6. n. 2 Diſ. Zaſ. 2. ſing. reſp. 28. cuius argumenta refert & refutat Fachin. 2. contro. c. 61. Filiusfam. S. to Maced renunciare non poteſt.

H) Etenim cum fideiuſsionis officium gratuitum eſſe debeat & ab omni lucro alienum l. 1. ad ſ Mand. inique ageret ſi ultra debitum uel indemnitatem ſuam de pignore quid ſtipularetur fideiuſſor Molin. d. loc. n. 357. At ita paciſci fideiuſſor poteſt ut quæ creditori obligata fuerint pignora, ſi eidem ſoluerit emta ſibi habeat iuſto pretio, quam Scæuolæ mentem eſſe in l. Titius fin. de contrab. emt. tradunt, Innoc. Imol. in d. c. ſignificante, Iſer. Aluar. & Præp. in c. 1. de Fe. dat. in uic. l. commiſſ. quos ſequitur Molin. d. loc. per l ſi fundus § fin. de pigno. Diſs. Br. Bl. Caſtr. Salic. & alij in d. l. Titius & l. Titius de pignor. act. & Negus. d loc. n. 7. vid. Mud. d. loc. n. 13. Intel. l. Titius de con. tr. emt.

I) Nam & ſi uerbis obliquis pactum concipiatur hoc propè modo, ut in ſolutum cadat uel uenditum creditori ſit pignus pro debito, tamen eò recidit ut in uicem debiti ad diem non ſoluti pignoris dominium conſequatur creditor. Certè cum lex non uerbis impoſita ſed reb. exiſtimetur l. fin. C. de Vſur. in materia præſertim odioſa & fraudibus obnoxia l. 1 C. de pact pig. nihil refert an directis uel obliquis uerbis lex commiſſoria contrahatur, modo eadem ſubſit fraudis & acerbitatis ſuſpicio argumento l. Auia § Titio de condit. & dem. & quæ tradit Ias ad l. 2. col. 6. uerſ. & tenendo iſtam partem d. uulg. & pup Molin. d. loc. n. 365. Eodem modo cum in SCtum Maced. peccare is ſolus diceretur qui mutuam filiofam dediſſet pecuniam, ut ipſa SCti uerba oſtendunt in l 1. ad SCtum Mac. idem obtinere Vlp. uoluit in eo qui cum credere non poſſet magis uenderet filio ut pretium haberet in mutui uicem l. ſi quis patrem 3. § is autem ad SCtum Mac. ſ. quia eadem ſubeſſet prohibitionis ratio, imo fraus SCto cogitata eſſe uideretur. Lex non uerbis imponitur ſed rebus. Fraus SCto Maced. quando fiat

K) Pro cuius ſecuritate ß. creditor ſibi de hypotheca proſpexit, tum quod d. l. 3. & Rubr. C. d pact. pig. indiſtincte lata ſit aduerſus quoſcunq; creditores, non attento ex quâ cauſa eis debeatur, tum quod in pignorib. doti obligatis idem obtinere Vlp. reſponderit in l. quamuis 45. ſol. matrimonio Alex. conſ. 178. n. 7. Molin. d loc. n. 362. & Mud. d. loc. n. 4. qui tamen hoc concedit in mutui contractu euidentius

tendere pactum illud ad improbum fœnus quam in alijs contractuum aut obligationum generibus.

L) Si enim de re nullo modo obligata, ut mox dicetur talis conuentio non admittitur, multò minus admittetur de ea quæ in genere eſt obligata ut Mud. ratiocinatur d. loc. quippe cum & hic eadem ſubſit prohibitionis ratio Molin d loc. n. 362. Etſi contrarium aliquando reſponderit Steph. Bert. conſ. 154. uol. 4. nam & alterius eum ſententiæ fuiſſe conſtat ex conſ. 97. d. uol. ut refert. Mud d. loc.

M) Quam ex ſpeciali conuentione creditor ſibi á debitore non ſoluta ad diē pecuniâ cedi uoluit: Quod & ipſum aſperitatem quandam & captionem redolere, imo in fraudem legis fieri exiſtimatur, dum creditor id quod in reb. oppignoratis ſibi non licere animaduertit conatur in reb. non oppignoratis. Certe Conſt. cum formale pactum pignoris commiſſorium reprobauerit, reprobare etiam uoluit quod proxime ad illud accederet, quodq; eiuſdem rationis uis & effectus eſſet per l. non dubium C. de ll. argumento l. omnino de ſponſ ne uia una concederet quod altera prohibuit c. cum quid una de R. I. in 6. Etſi pignorum ſaltem meminerit, frequentioris enim uſus gratia id fecit ut Mud. uult. d. loc. n. 6 per l. nam ad ea de ll. Quæ autem frequentioris uſus gratia dicuntur in conſtitutionib. uim reſtrictionis non habent ut not. per gl in l. 1. C. de his qui ad Eccleſias conſ. & clem j. ad verb. poſſidentes de reſcript. Ias. in l. 1. ſol. matrimonio Molin. d. loc. n. 365. Quinimo ex ſolo conſenſu contrahentium & ſecuritate pignoratitia, quæ creditori in reb. debitoris facta eſt hypothecam conſtitutam eſſe non ineleganter dixeris per l. contrahitur 4. de pign. l. 4. de fid. inſtr. Mud. d. loc. n. 7. quomodo & hypothecam contractam dicimus, quando conuenit ut debitore in ſolutione ceſſante liceat creditori rem certam debitoris uendere l. creditor § poſt diuiſionem Qui pot. in pign. Bl. in l. creditoris C. de pign. Franciſ. Cremenſ ſing. 2. n. 1. & ib. addit. Diſs. Bl. in c. 1. de Feud. dat. in uic. l. com.

N) ſ. in caſu traditi uel non traditi pignoris Mud. d. loc n. 19.

O) Quo tamen caſu ad excipiendum ualere illam communiter aſſerunt, ſed minus probabiliter ut per text. d l. quamuis 45. de ſolut. & l. fin C. de pact. pig. quos generaliter & indiſtinctè loqui conſtat, rectè animaduertunt & quæ ad confutandam communē quam Br. tenet. in d. l. quamuis & Ab. in d. c. ſignificante. n. 6. & ſequitur Negus. d. p. 4. n. 6.

4 n. 6. & aſſerendam contrariam facere uidentur plurib. perſequuntur Mud. d. loc. n. 20. & ſeq. Molin. d. loc. n. 363. adde Cuiac. 15. obſ. 22. Pin. in Rubr. C. de reſc. uend. part. 2. c. 1 n. 30.

XLVII.

Pactio tamen ut non ſoluto debito ad certum tempus pignus creditori pro iuſto pretio emtum maneat, ſuſtinetur *A)* ut & illa ſi in præſenti pign⁹ pro debito in ſolutum detur *B)* uel ſi paciſcatur debitor ut pecunia ad diem non ſoluta, pignus creditori cedat: *C)* uel ut integrum eidem ſit poſſeſionem rei oppignoratæ aut alterius cuiuscunq; propriâ authoritate apprehendere. *D)* Sic iuſtum pignoris pactum; eſt ſi conuenerit, ut quod ex uenditione pignoris redegerit creditor, id omne ſibi habeat *E)* Sic Antichreſin ſi legitimum uſurarum modum non excedat, LL. & iudicia probant. *F)*

A) *per l. ſi fundus § fin de pignor. Cuiac. 1. de feud. c. 29. Pactio enim commiſſoria hæc dici nequit, cum pignus non cadat in commiſſum, ſed iuſto pretio creditori emtum maneat: Pretium verò ut iuſtum ſtatuatur in boni uiri arbitrio relictum eſt, ut Iurisconſultus innuit in d. § fin. & idem de mercede locationis reſpondit in l. ſi merces locat Hunc enim ſolum quid iuſtum ſit arbitrari poſſe exiſtimatum fuit. Don. c. 10. in f. Molin. de Vſur. q 53. n. 365. Pin. in Rubr. C. de reſc. uend p. 2. c. 1. n. 25. & ſeq. Soar. lib. rec ſent. lit. P. n. 118. Menoch rem. 5. adipiſc. poſ. n. 44. Coler. de proceſs. execut. p. 1. c. 10. n. 180.*

Pretium iuſtum boni uiri arbitrio relinquitur.

B) *l cum dominam C. de pignor. l. ſi prædium C de euict. Quod uili pretio fieri non exiſtimandum eſt: Debitor enim cum in continenti rem uendat uel potius permutet iuſto & æquiualenti ualore id facere uidetur, aut certe rem diſtrahere quâ non admodum indiget Molin. d. loc. n 367. Contra: ſi de futuro & conditionali rei ſuæ commiſſo paciſcatur non præſumitur uel de iuſto pretio uel etiam de re, quâ citra in commodum ſuũ carere poſſit, pepigiſſe. Iacob. Concenat. lib 4. q. iur c. 10. n. 12. Tiraq. d. loc. Col. d. c. 10. n. 179. & p 3 c. 12. n. 61. & ſeq. per c. conqueſtus c. quia in omnibus extra de Vſur. c. ad noſtram extra de emt. & uend.*

C) *Hoc enim actum eſſe intelligitur ut creditor pignus jure ſuo diſtrahat, non etiam emtionis jure habeat. Quam pacti interpretationem Imp. in l. 1. C. de pact. pig. non ſine ratione annectit: Cæterum facilè res in ſuſpicionem incideret, ſi non iuſto pretio ſed ſupraualenti etiam, neq; in præſenti ſed ſub conditione, quâ lex commiſſoria contrahitur pignus retinere creditori datum eſſet.*

D) *mediante tamen officio & miniſterio judicis ut reſcriptum eſt, in l. creditores 3. C. de pign. l. pignoris C. de pign. act. arg. l. ſi quis ſub hoc pacto de contr. emt. Quod ex ratione & forma pacti uel inſtrumenti æſtimare dd. amplius volunt. Nam & creditori citra miniſterium judicis integrum fore ſtatuunt pigneris poſſeſſionē apprehendere, ſi uel ei ſoli uel alternatiuè relicta executio fuerit Br. Bl. & Salic. in d. l. creditores Panorm. in c. de cætero n. 13. extra de re jud. & conſ. 42. n. 1. uol. 2. V. Coler. de proceſ. exec. p. 1. c. 5. n. 14. cum mult. ſeq. & p. 3. c. 12. n. 1. ubi hac de re pluribus diſputat adde Men. 5. rem. adip. poſſ. n. 1. & 5. recup. n. 28. Franc. Crem. ſing. 2. n. 1. & ibid. addit. Mud. de pact. pig. n. 3. 4. & 5. Tiraq. in tr. le mort ſaiſit. p. 3. declar. 1. Negus. 4. par. prin. n. 9. Cum mult. ſeqq. Diſſent. Molin. in conſ. Paris. tit. 2. § 52. gl. 1. n. 188.*

An citra miniſterium judicis creditor pignoris poſſeſſionem apprehendere poſſit.

E) *l. fin. C. de diſtr. pig. idq; propter incertum uenditionis euentum, & pretij pro diuerſitate temporum & locorum varietatem l. ideò 3. de eo quod cert. loc. unde hæc conuentio debitori præiudicio non fuerit, qui nec iniret eam, ſi maioris rem diſtrahi poſſe exiſtimaret: Et uero ſi maioris fortè diſtraheretur, prudentiæ id & induſtriæ creditoris aſſcribendum eſt, qui etſi minoris uendidiſſet, pacto tamen contentus fuiſſet.*

F) *Antichreſin pactum definiunt quo creditori debitor utendi fruendi pignoris facultatem in uſurarum uicem concedit, donec ſoluat pecuniam Cuiac. 3. obſ. 35. Borch. de Vſur. c. 6. n. 2. Hot. illam, mutuum pro credito pignoris uſum ex ſignificatione uocabuli definit tit. 2. mihi pag. 46. Meminerunt eius Icti. paſſim in l. ſi pecuniam 33. l. 39. de pig. act. l. 1. § pacto l. ſi is qui bona § ſi ἀντίχρησις de pign. l. 9. § fin. de ſup. leg. & Imperat: in l. ſi ea pactione l. ſi ea lege: l. oleo C. de Vſur. l. ſeruus C. Quod cum eo. Sed requiritur: ut intra fines legitimæ uſuræ ſe contineat pactum huiusmodi; Cæterum uſurarium fuerit & prohibitum*

Quid ſit Antichreſis

*l. ſi is qui § 1. d. l. 1. § pacto de pign. l. cum debitor: In quibus cauſis pig. Don. c. 11. in f. quod plurib. explicat Molin. q. 35. n. 259. & ſeq. & in conſ. Pariſ. tit. 1. § 1. gl. 9. n. 17. & 20. Io. Cop ſenior. deciſ 22. per tot. Gail. 2. obſ. c. 3. Negus. 5. p. m. 5. n. 10. Sanè propter incertum fructuum prouentum & pretij uarietatem fieri interdum poteſt, ut ultra uſurarum modum quid percipiat creditor: Verum id non adeò attendi debere Imp. uoluerunt in d. l. ſi ea lege 17 & d. l. oleo cum & creditorem contentum eſſe oporteat ſi uel minor fructuum eſſet prouentus, aut etiam difficilior diſtractio: Sic conuentionem ut uice uſurarum creditor domum inhabitet Imp. probat etſi fortè pluris domus locari ſoleat quam legitima uſurarum ratio efficiat l. 14. C. de Vſur: Magis enim uilius conducta habitatio, quam illicitum fœnus contractum eſſe videtur. Mud. de pact. pign. n. 62. niſi tamen alteri eam locauerit creditor, quo caſu id quod ex mercede uſuras exceſſerit ſorti imputabit d. l. 14 Con. Harm: lib. 3. epit. tit. 5. Bor. d. c 6. n. 5. Finiri ἀντίχρησιν ſola oblatione ſortis nonnulli tradunt: per l. ex prædijs C. de Vſur. Cuiac. d. obſ. 35. Borch. d. loc. quod Don. ad l. 11. C. de Vſur. improbat quippe cum ἀντίχρησις uſurarum uicem ſuſtineat: Vſuræ autem ut ſiſtantur ſola ſortis oblatio non ſufficiat ſed requiratur inſuper ut accedat conſignatio & depoſitio per l 5. l. ſi per te 9. l. acceptam 19. C. de Vſur. l. 9. C. de ſolut.*

Quando ἀντίχρησις finiatur.

## POSTERIOR PARS.

### *De jure pignoris conſtituti & de liberatione eiuſdem.*

### XLVIII.

Pignore demum conſtituto; ius ſuum in illo creditor exercet, & quidem ſi tranſijt ad creditorem pign⁹ cũ traditione conſtitueretur, poſſeſsionem ipſe ſolus habet, non alius *A)* cui⁹ ui tam aduerſus ipſum debitorem, quã extraneum, qui ſurripuit pign⁹, actionem furti habet *B)* Certè ſi res ſoli ſit, uti ea & frui poteſt, etſi gratuitam dedit pecuniam, ſed fructus in ſortem imputat *C)* & tributi onera ſuſtinet *D)*

*A) proprietate interim penes debitorem manente l. ſi rem alienam*

 *§ propriè*

Creditor pignus naturaliter poſſidet non ciuiliter,

§ propriè l. cum & ſortis 35. § 1. de pignor. act. l. pignus 9. C. eod. atq; etiã poſſeßione, quæ ciuilis eſt & ad uſucapionẽ proficit l 1. § per ſeruũ d. acquir. poß. l. pignori de Vſucap. Saltem .n. corporalis, quã & naturalem Iurisconſ. dicunt l. 1. l. naturaliter l. poſſeßio 49 de acquir poſ. l. nemo C. eod ad creditorem tranſit l. 40. de pignor. l. 3. § fin. de acquir. poſ. Hinc toties creditor animo & cogitatione Domini non poſsidere dicitur l. 13. § 1. de publ. in rem act. l. 22. § 1. de Noxal. Bald. c. 15. Hot. tit. 1. mihi pag. 26 & 27 ſ. quia id poſſeſsionis ciuilis eſt: At poſsidet tamen jure aliquo & affectione ſibi habendi quod poſſeſsionis naturalis eſt l. ſtipulatio 38 § hæc quoq; d V.O. l. eum qui 66. de furt. l. à Diuo Pio 15. § ſi rem pignori de re iud. Quo pertinet quod Macer in l. ſciendum § 1 Qui ſatisd. cog. creditorem dicit qui pignus accepit poſſeſſorem non eſſe, tametſi poſſeſsionẽ habeat aut ſibi traditã aut precario debitori conceſſam, intelligit ſc. poſſeſſorẽ eum nõ eſſe ciuiliter, etſi naturalis poſſeſsio quæ facti eſt, & corpore apprehenditur, eidem tradita ſit, VVeſ. conſ. 2. n. 11. Diß. gl. in l. cũ notiſsimi § 1. C. de præſcript. 30. uel 40. an. in l. ſeruũ qui, v. poſſeſsio de acquir. rer. domin. Ias. Br. & Alex. in l. 1. § per ſeruum corporaliter de acquir. poſſ. & alij quos citat Coler de proc. execut. p. 3. c. 12. n. 72. & ſequitur Negus. p. 3. m. 2. n. 32 Quib. præſuppoſitis

An poſſeſsio penes duos poſsit eſſe in ſolidum.

quæſtionis illius, An poſſeſsio unius rei penes duos in ſolidum eſſe poſsit, quam adeo controuerſam fuiſſe inter Sabin. & Procul. plæriq; exiſtimant Cuiac. 9. obſ. 32. Borch. de acquir. poſſ. c. 6 n. 19 cum ſeq. Rob. 3. ſententiarum c. 18. & alij, definitio exurgit. De naturali poſſeßione illud aſſerere abſurdũ foret, æquè, ac ſi diceret quis, eo ſe loco ſtare poſſe quo tu ſtas, uel ſedere quo ſedes ut Paulus inquit in l. 3. § ex contrario de acquir. poſſeßione de ſola poſſeſsione naturali diſputans: cui ſuffragatur Vlp. in l. 3. commod. Nihil tamen prohibet quo minus poſſeſsio ciuilis quæ in animo conſiſtit & juris eſt, penes unum eſſe poſsit exiſtente penes alium naturali, quæ in corpore conſiſtit & facti eſt: Ex quo eum qui ad nundinas profectus eſt poſſeſſorem ciuilem ſ. retinere Vlp. dicit in l. 6. § clam poſsidere in f. de acquir. poſ. licet alius clam occupauerit poſſeſsionem ſ. naturalem: Et Paulus pignori rem acceptam non uſucapimus dicit, quia pro alieno poſsidemus l. pignori de Vſucap. cui correſpondet Iul. in l. 36. de acquir. poſſ. & Iauol. in l. 16. de Vſuc. Sic amplius cum Iul. in l. duo, de precar. duos aſſerat precario rem habere non magis

poſſe,

poſſe, quam duo in ſolidum ui poſsidere aut clam nam nec iuſtæ nec iniuſtæ poſſeſsiones duæ concurrere poſſunt, idipſum innuit, quod per rerum naturam fieri non poſsit ut una eademq; poſſeßio penes duos in ſolidum ſit, at interim concedit penes unum iuſtam, penes alterum iniuſtam eſſe poſſe l. 3 Vti poſſ. quod in precario manifeſtius exprimit Pomp. in l. Et tamen eod. tit. Vaud. 2. q. 3. Duar. d. §. ex contrario & ib. Br. & dd. Vult. 1. Iur. Ro. c. 67. n. 23. Nebel. diſp. 25. th. 2.

B) § aliquando inſt. de oblig. quæ ex del. naſc. l. itaq; 12. l. in actione 19. § qui rem l ſi debitor 79. l. creditori 87. d. furt. l ſi pignore 22. de pignor. act. l. ſi tibi 26 C. de pignor. Vnde & debitor illud uendens, ſiue traditione ſiue nudo pacto contractum ſit pignus, furtum committit l. ſi is qui 66. de furt. l. a Diuo Pio 15. § ſi rem pignori de re iud. Hot. & Bald d loc.

C) ſ. ad exonerandam, extenuandam uel minuendam eam ut Imp loquuntur in l. 1. 2. & 3. C. de pign. act. l. ex prædijs 11. C. de Vſur. l. ſi dominium 9. C. de pignor. Quod quidem in reb. ſoli ita uerißimum eſt, unde conſtat id quod dicitur creditorem prædia ſibi obligata locare poſſe l. creditor 24 de pignor. ita accipendum eſſe, ut ſi fœnebre creditum ſit mercedes exactas in uſuras, ſi gratuitum in ſortem imputet, quandoquidem & merces locationis in fructu numeretur. l. item quamuis 10. § 1. Com. diuid. l. mercedes 29. de pet. hær. l. prædiorum 36. l. uideamus § ante 38. de Vſur. At re mobili creditor uti ut poßit tantum abeſt ut ſi utatur furti obligetur l. ſi pignore 45. de furt. § furtum inſt. de Obligat. quæ ex deli.

D) Quia enim fructus ad creditorem redeunt, conſentaneum eſt ad eundem onera & tributa pertinere. l. inter debitorem 42. l. epiſtola 52. § pactum de pact.

## XLIX.

Si poſſeſsionem pignoris creditor non habeat perſequendi eius cauſa actionem habet ordinariam & extra ordinariam. Ordinaria in rem Prætoria dicitur *A*) creditori pignoris ſui perſequendi cauſa competens contra omnem qui uel pignus poſsidet uel dolo poſsidere deſijt *B*) ad hoc ut agenti creditori ſoluat aut rem reſtituat *C*) niſi quanti ea eſt condemnari uelit. *D*)

De actionibus pignoris perſequendi nomine competentibus.

A) *Olim nulla perſequendi pignoris cauſa dabatur actio: Iure enim ciuili ita erant proditæ in rem actiones, ut quis dominium ſuum uindicaret § namq; inſt. de Act. Duar. ad l. 4. de pact ſed cum ualde infirma, inanis, & fere nullius momenti exiſtimaretur cautio creditorum, & magna captio eorum, ſi cum poſſeßione ſimul ius pignoris amitterent, nec perſequendi eius actionem haberent, quippe cum pignus nullum eſſe Caius dicat in l. 28 de Noxal. ſi nulla eiuſdem perſecutio ſit, Prætores & interdictum eius nomine & actionem dederunt § item Seruiana inſt de Act § interdictum inſt. de interd. ſ. ut cum jure dominij rem ſibi oppignoratam uendicare creditor non poſſet l. pignus C. de pign. act. uendicaret eam jure obligationis l. 66. de euict. l. 2. C. Si unus ex plurib.*

Actio hypothecaria in rem eſt.

B) *Eſt enim actio in rem l. pignoris 18. C. de pignor l. pignori 13. ff. eod. l. 3. § 1. ad Exh. § Item Seruiana I. d. Actio. unde non mirum eſt ſi aduerſus omnem qui poßidet detur, per l. actionum 25. in pr. de Actionib d. l 3 l. ſi fundus § in uindicatione de pignor. Don c. 9. inf. Nat. conſ. 532. n. 1. & 2. Ceph. conſ. 135. n. 15. Negus p. 1. n 3*

C) *Alterutrum enim facere tenetur ut abſoluatur d. § in uindicatione, rem quidem reſtituendo: quia arbitrio judicis ſatis fecit, pecuniam autem ſoluendo, quia ſoluta pecunia nullum pignus amplius eſt l. item liberatur & t. tt. Quib. mod pig. uel hyp ſol.*

In actione hypothecaria iuratur in litem.

D) *quanti ſ. actor in litem jurauerit d. § in uindicatione etſi pluris ſit atq; debitum l. qui reſtituere d. R. V. Mud. c. ult. de pign. inf. Io. Bap. Plot tr. de in lit. jur. & al. quos citat Gab. Sarayn. ad ſing. Br. ſing. 124. Quod in extraneo poſſeſſore ita quidem procedit, quippe cum id quod amplius debito conſecutus fuerit creditor pignoratia actione teneatur debitori reſtituere l ſi inter § fin. de pign. act. At non etiam in debitore. Hic enim & ſi pluris atq; debet condemnatus fuerit, nihilominus hypothecam liberat, ſi tantum reſtituat, quantum computatio ſortis & uſurarum efficit, non quidem ex ſubtilitate juris ut Mart. ait in d. l. ſi fundus § fin. quia ſemel condemnatio facta ſit, attamen ex humanitate uel æquitate, quæ ſuadet ut ſolutione eius quod debetur principalis obligatio ſoluatur § 1. Quib. mod. oblig. tol. & conſequenter acceßiones & pignora liberentur l. in omnibus d. ſolut. & liber. Don. d. c. 9. inf. Bald. c. 14. Negus. 7. p. m. 2 n. 15.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0072-0

L.

Hanc actionem generali nomine hypothecariam recte dixeris A) & pro omni re obligata competere: At Seruius quidam Prætor B) cum de rebus coloni quæ pignoris iure pro mercedibus fundi tenentur, ſpecialem proponeret, ab ipſo tanquã authore, poſtea Seruianam dictam, fecit ut ad exemplũ eius introduceretur adhuc alia quaſi Seruiana dicta C) quâ inſtar hypothecariæ cuicunq; creditori de quacunq; re ſibi nexâ conſuleretur D) Hinc illa diuiſio qua actionem pignoris nomine competentem deducunt in Seruianam & q. Seruianam.

A) *Nam & ueterib. formula hypothecaria dicta eſt: ad quam librum ſingularem Martian: ſcripſit atq; eitam Caius ut inſcriptiones ll. indicant: Formula vero actionem denotat: Quod non eſt nouum in jure. Nam & apud Paulum in l. ſi ſeruus de furt: & lib. 3. ſent. tit. 3. & Vlp. tit. 19 Inſt. § 15. ita accipitur. Sic Formulæ ad exhibendum meminit Plin lib. 5 Epiſt. ad Traia. & formulæ de dolo Cic. 3. off. formulæ iniuriarum. Suet. in Vitel. c. 7. Cæterum jure Romanorum antiquo formulæ dicebantur propriè, quas actionis cuiuslibet intuitu Prætores judicib. præſcribebant, de quibus vide Duar. ad l. 7. de pact. Don. ad § ſic itaq; diſcretis l. d. actionibus Menoch. de arbit. jud. quæſt. lib. 1. q. 2. n. 11. & ſeq.*

Formula actionem denotat.

B) *Seruiusne Sulpitius ille quod Bald & nonnulli alij autumant, Hot. vero tit. 1. mihi pag. 30. negat, uel alius quiſpiam fuerit, nihil refert: Satius eſt ipſam rem intueri & uerba edicti, quæ in hunc ferè modum concepta fuiſſe conſtat: Quod â colonis mercedis cauſa oppignoratum ad alterum peruenerit eius rei creditorib. ſi neq; ea reſtituatur, neq; pecunia ſoluatur, aut per locatorem fiat quo minus ei ſoluatur judicium dabo § item Seruiana inſt. de Act. l. acceptam 19. C. de Vſur l. potior 11. § fin. Qui pot. in pig. Hot. ti. 1. Loquitur Edictum de Colonis tantum, Ergo minus recte per Coras. Gomeſ. & alios in d. § item Seruiana inſt. de Act. ad Inquilinos extenditur, ut not. Cuiac. in Inſt. ad d. § item Sed dubitatur utrum de fructibus fundi qui tacito jure, an de inuectis & illatis quæ expreſſa conuentione teneri conſtat*

Verba edicti de actione Seruiana.

De quibus rebus edictum loquatur.

ex

*ex ſuper. ad th. 11. not. accipendum ſit. Prioris ſententiæ Don. eſt & Plat. in d. § item ſeruiana. Poſterioris Cuiac. & alij communiter ſecuti Th. ib. Probabilius fuerit ſi ad quascunq; res coloni quæ pro mercedibus fundi tenentur, uel tacite uel expreſſe, illud retulerimus, quippe cum indifinite conceptum ſit, nec tam res ipſas quam ipſarum obligationē concernat, imo nec ratio dari poſſit cur potius in illis reb. quæ expreſſe tenentur quam in illis quæ tacite, obtineat.*

Variæ appellationes actionis hypothecariæ.

C) *Quæ & utilis Seruiana alibi dicitur l. 1. § cum prædium l. grege § cū pignori de pignor. l. 1. C. de precar. l. 1. C. cō. de legat. l. 16 de ſeruit. Cuius formulam breuibus complectitur & explicat Don. c. 1 ſic de ſuperficie in rem actio cum rei uindicatione quæ ciuilis eſt collata q. in rem dicitur & utilis l. 1. § 1. & § is autem de ſuperfic. Dicitur etiam hypothecaria â reipſa, ſ. quam perſequitur d. § item Seruiana in pr. l. aliquando 13 § de pignoribus ad Sc. Vell. vel hypothecaria formula ut paulo antè dictū eſt: Itemq; Seruiana ſimpliciter l. 3. in pr. l. 7. l. 16. de pignor. l. 4. Quib. mod. pig. uel hyp. ſol. l. licet § ſed & dominum de procur. l. ſi mancipium § fin. cum l. ſeq. & l. ſi cum uenditor 66. de euict. l. 1. C. de Precar. l. 19. C. de Vſur. l. fin. C. de A & oblig. l. 6. C. Si al. res pig. Interdum abuſiue etiam pignoratitia dicitur à pignore procul dubio quod perſequitur l. ſi à Titio 22. de pign. l. rem alienā de pign. act. l. 3. § eſt autem ad Exh. l. ſi mater l. duob. de except. rei iudic. Cæterum pignoratitia propriè perſonalis eſt & ciuilis creditori aduerſus debitorem de pignore reſtituendo ſolutâ pecunia competens de qua inferius.*

D) *d. § item ſeruiana & ib. Gomeſ. Plat. Coras: Don. & alij de Act. l. 5. l. quæſitum de pignor. Hot. tit. 1. pag. 34. & 35. Duar. ad l. 4. de pact.*

## LI.

Datur vero actio non ipſi creditori tantum, ſed & eius hæredibus ſingulis in ſolidum, *A)* itemq; ei cui creditor nomen ſui debitoris uel etiam pignoris ſui ius oppignorauit, *B)* uel qui in ius hypothecarij creditoris quocunq; modo ſucceſsit, *C)* aduerſus eum qui hypothecam quocunq; titulo poſsidet, aut dolo poſsidere deſijt *D)* in ſolidum quidem ſi ipſe debitor ſit, hæresue eius uel unus

unus uel plures *E)* uel etiam tertius aliquis â debitore uel alio quolibet cauſam habens *F)* non etiam ab hærede, qui ſub Inuentarij beneficio hæreditatem adijt *G)* aut antiquiori creditore *H)*

A) *Quippe cum jus pignoris indiuiduum ſit, tam ex parte agentis quam poſſeſſoris conuenti ut reſcriptum eſt in l.* 1. *& 2. C. ſi unus ex plurib. & Vlp probat in l. 65 d. Euict. adeò quidem ut quamuis uni ex hæredib pars ſua debiti ſoluatur, cæteris nihilominus integrum maneat jus pignoris l. ſolutum § ſi creditor de pig. act. Duar. de pig. act. c. 4. in pr. Neg. p. 8. mem. 2. n. 1.*

Ius pignoris indiuiduum eſt.

B) *Nam hoc ipſo quod obligationem jura probant, actionem permittunt arg. § 1. I. d. Act. t. tt. ff. & C. d. A. & O. l. licet § ea obligatio d. Procurat. l. et quia § ideoq; de Iurisd. omn. iud. Bl. in l conuenticula C. d Epiſc. & Cler. Prat. ad l. Iuliam d. fund. dot. Sanè: ei qui pignori pignus accepit hypothecariam dari non eſt dubium per l. 13 § 1. de pignor. cum & eidem ius diſtrahendi pignoris concedatur l. 1. in f. C. Si pig. pig. At verò ei qui nomen debitoris obligatum habet utilis datur ad exigendum debitum actio l. 18. de pig. act. l. nomen C. Quæ res pig. l. cum conuenit de pign. quæ perſonalis eſt l. 28. d. reb. cred Quod ſi amplius ille hypothecaria agere uelit non utiq; in eum cuius nomen obligatum habet q. in debitorem aget ( nam Seruiana actio perſonalis non eſt) ſed q. in poſſeſſorem rei debitæ quam in ſe transferri cupit Hot. tit. 3. mihi pag. 60. & ad d. l. nomen. Bald c. 4. Negus d. m. 2. n. 1. et p. 2. m 3 n. 24. Guid. Pap. ſing 306. vide Mud. tit. Quæ res obligentur n. 21.*

Num hypothecaria ei detur qui nomen debitoris obligatum habet.

C) *uel quia hæres eſt uel per ceßionem, emtionem, aut alio modo ius illud acquiſiuit: Quem ipſum jure anteceſſoris ſui uel authoris uti regulare eſt & ipſi rationi conueniens l. qui in ius d. R. I. l. 1. C. Si ad cred. arg. l. traditio d. acquir. rer. dominio l nemo plus & ib. P. Fab. d. R. I. Sic enim & emtori ius & beneficium atq; adeò exceptiones uenditoris prodeſſe legimus l. 6. d. hær. uend. l. emtori C. d. Euict. Sicut uice uerſa exceptio quæ anteceſſori nocuit, ſucceſſori obeſſe dicitur l. exceptio de except. rei judic. arg. l cum miles Ex quibus cauſis maio. l. in uitus § cum quis d. R. I. Negus d. loc. Pariſ. conſ. 50. n. 16. uol. 1. per t. tt. ff. & C. d. hær. uel act. uend.*

Succeſſor iure anteceſſoris æſtimatur.

D) d. l. ſi fundus § in uindicatione de pignor. Eandem enim & poſſeſſoris ipſius & eius qui dolo poßidere deſijt rationem, jura eſſe uoluerunt l. is qui dolo 69. d. R. V. l. 26. de dol. mal. quippe cum dolus ſuus nemini patrocinari debeat l. uerum eſt § tempus Pro ſoc. l. 21. l. itaq; de dol. mal. l. tranſactione C. d. trans.

E) Nam & ius pignoris ex parte poſſeſſoris conuenti indiuiduum eſſe paulo ante dictum eſt per l. 2. C. Si un. ex plur: Unde non quæritur quantum quis poßideat, ſed an poßideat l. 2. C. de hær. uel act. uend. Legatario tamen ex ui hypothecæ tacitæ contra hæredes, non niſi pro qua parte hæredes ſunt & hypothecaria actio & perſonalis conceditur l. 1. C. com. d. leg. quod idẽ in bonis debitoris ciuitati ex mutuatâ pecunià obligati reſcriptũ eſt in 2. C. de deb. ciuit. lib. 11. v. Br in l. Moſchis de jur. fiſ. Spec. de oblig. & ſolut. § 1. n. 46. verſ. item debitor meus, Io Bap. Lup. ad l. 2. C. de pact. int. emp. com 2. § 2. n. 68. Couar. V. R. c. 7. lib. 3 n. 7. Mayn. de act. lib. 2. c. 18. Fach. 2. contr. c. 46. Negus. p. 8 m. 1. n. 48. & ſeq. Crauet. conſ. 77. n. 16. conſ. 548. n. 16. & conſ. 893. n. 6. conſ. 990. n. 64 & conſ. 1000 n. 447. Socin conſ. 135. col. 2. verſ. poſtremò niſallor lib. 1. Diß. Fab. in § item ſi quis in fraudem n. 26. I de Act. Chaß. in conſ. Burg. rub. 5. § 2. n. 37. Affl. ad conſtit. Moſchis de jur. fiſ.
Neapolit. lib. 1. rub. 17. n. 26. & alij quos refert Couar. d. loco per d. l.

F) Hypothecaria enim rem perſequitur, quam non niſi cum ſua cauſa alienari potuiſſe certiſsimum eſt: Cæteroquin, durum foret ſi debitori conditionem creditoris hoc uel alio modo deteriorem facere, liceret contr. l. f. C. d. A. & O. Mud. t. contra quem detur n. 1. Couar. 1. V. R. c. 8. n. 1. Hot. ad l. 1. C. Si antiq. cred. Don. c. 9 in f.

G) l. ſcimus § & ſi præfatam uerſ. neq; eos qui ab eo compararuerint & § ſed nec aduerſus emtores C. d. Iur. de lib. Scilicet hic effectus inuentarij confecti eſt, ne hæres ultra uires uel ſubſtantiam hæreditatis teneatur, Imo repellat omnes omnino creditores etiam eos qui in hypotheca anteriores fuerint, ſi uel legatarijs uel ijs qui primo uenerunt, ſoluendo, totum quod ex hæreditate ad eum peruenerat, emenſus fuerit: Integrum tamen creditorib. fuerit, uel hypothecis, uel condictione indebiti, contra legatarios experiri, ne qui pro lucro certant præferantur illis, qui de jure ſuo perſequendo ſolliciti ſunt Br. ſing. 123. n. 2. Mud. d. loc.

H) Conſtat

*H) Conſtat enim poteſtatem uendendi & transferendi pignoris jure eidem datam eſſe l. quæ à creditore 18. § 1. de diſtr. pign. l. 4. d. pign act. ut nec ab ipſo debitore l. 2. C. ſi antiq. cred. nec poſteriori creditore l. 11. C. eod. l. 22. § ſciendum Qui pot. in pig. retractari queat. Quinimo Emtori aduerſus debitorem poßidentem rei uindicatio competat l. obligatus 15. d diſtr. pign. Negus. p. 5. m. 3 n. 3. & ſeq. Bald. d. loc.*

## LII.

Et olim quidem ſtatim relicto principali tertium creditor impetere poſſeſſorem poterat *A)* Hodiè ex Iuſtin: conſtit: non niſi principali & eius fideiuſſore uel ſpõſore excuſsis *B)* Quod ſi tertius ille totum debitum offerat ius pignoris cedi eidem poſſe Scæuola reſpondit. *C)*

A) *arg. l. 19 Qui pot. in pig. l. fin. C. de A. & O. l. debitores, l. diſtractis l. perſecutione l. 24. cum Auth. ſeq. C. de pignor. Hot. tit. 1. mihi pag. 29.*

B) *No. 4. § ſed neque Auth. ſed hodiè C. d. A. & O. Coſtal. ad l. 18 de pignor. act. Negus p. 1. n. 7. & p. 8. m. 1. n. 11. & ſeq. Guid Pap. ſing. 306. Spec. tit de procur. § ſequitur verſ. quid ſi mihi obligaſti Col. de proceſ. execut. p. 2. c. 3 n. 433. Paris. conſ 75. n. 39. uol. 4. conſ. 50. n. 40. & ſeq. conſ. 80. n. 41. & ſeq. uol. 1. conſ. 109. n. 50. & ſeq. uol. 3 Crauat. conſ 692. n. 4. & 8. Natt. conſ. 589 n. 5. & conſ. 631. n. 5 Io. Ceph. conſ. 98 n. 8. & ſeq. Rol. à Val. conſ. 79. n 1. uol. 1. & conſ. 85. n. 12. uol. 2. Gail. 2. obſ. 27. n. 13. ubi de excuſsione debitoris, quibus ea caſibus locum habeat quibus non pluribus agunt.*

C) *in d. l. 19 l. 11. § 3. eod. t. l. 12. § fin. Quib. mod. pig. uel hyp. In quo hypothecaria differt à directa rei uindicatione: In hac enim poſſeſſor non abſoluitur etſi paratus ſit præſtare pretium: Iniquum enim fuerit actori ſine facto ſuo rei ſuæ auferri dominium l. id quod noſtrum d. R. I. cum maior interdum affectio in re eſſe poſsit quam in pretio l. 3. d. in lit. jur. At in hypothecaria creditorem ſolutione eius quod debetur*

*contentum eſſe oportet cum eius nihil amplius interſit, & Natura id contingat, ut acceſsio extincta principali obligatione, liberetur per l. 43. de ſolut.*

LIII.

Integrum quoq; creditori eſt, ſi debitor eiusue hæres hypothecam teneat uel perſonali actione uel hypothecaria uti, uel etiam utrâq; *A*) Hypothecaria ſane nudam tantum poſſeſsionem auocari Papinianus aſſerit *B*)

A) *d. No. 4. § contra principales: Cumulari itaq; actiones iſtæ poterunt, cum non de eadem re, ſed planè diuerſis inſtituantur, In perſonali de pecunia, In Seruiana de pignore agitur An. Vſyl. in § Item Seruiana I. d. Act. n 61. 62. & ſeq. Couar. V. R. 1. c. 8. n. 1. Iac. Conc. 4. Q. 1. c. 10. inf. Negus p. 8. m. 2. n. 6. Decian. conſ. 13 n. 4 uol. 2. Cæterum de eadem re plurib. actionib. uti, juris ratio prohibet l. nemo ex his § 1 de R. I. l. quod in hæredem § eligere de tribut. l. plura delicta de act. & obl. l. ſi vulneraueris locat. arg. l. 1. C. Si ſer. ex l. fundum l. fundi de except. l. interdum de pub. jud. Ludow. Mayn. 4. de action. c. 8 Specul. tit. de action. uerſ. item proponens Mynſ. decad. 6. Reſponſ. I. reſp. 51. n. 9. & 62 n. 4. Cuiac. 8. obſ. c. 24. Mud in Rubr. n. 8. & 9. Bald. c. 4. Gail. 2. ob. 26 n. 4.*

B) *l. 66 d. Euict. ſ. abſq; titulo dominij, ne per hypothecariam plus conſequeretur creditor, atq; ex ipſa obligatione in eum transferre debitor uoluit: per ea quæ S. not. ad th. 48.*

LIIII.

Prædicta etiam in Prætorio pignore locum habere ſtatuimus.

An Hypothecaria in pignore iudiciali locū habeat?

*per l. 2. C. de Præt. pig. ubi eandem Prætorio pignori perſequendo actionem dari Imp. uult, quæ conuentionali præſtituta eſt: Quod ad pignus judiciale amplius extendit Cuiac. in par. C. t. ſi in cauſam iud. ſed minus probabiliter cum pignus judiciale non creditor occupet ſed executor l. 2. C Si in cauſam judic. Ecquænam igitur creditori poſſeſſionis recuperandæ cauſa, quæ penes eum nulla fuit, actio dabitur? Sed & ſi ex caſu l. 3. C. d. t. dominiū pignoris creditori addiceretur, eius recuperandi*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0078-4

*cuperandi cauſa fruſtra egerit hypothecaria cum aliam actionem habeat & ordinariam quidem, rei ſ. uindicationem. t. tit. ff. & C. d. R. V.*

LV.

Ante omnia verò in his actionibus probandum fore Martia: ait quod inter agentem & debitorem conuenit, ut res pignori hypothecæue ſit: Sed & ſi hoc probet actor illud quoq; implere debet rem debitoris eo tempore quo de pignore conuenit, fuiſſe *A*) Quo facto etſi Dominium debitoris probare amplius creditor nequeat, quæſtio tamen Dominij inutiliter eidem referetur *B*)

A) *l. ante omnia 23. d. probat. l. & quæ nondum § 1. de pignor. Nam & Seruianæ actionis formulam ita conceptam fuiſſe, cum id quod pignori datū dicitur in debitoris bonis conuētionis tempore eſſet, probat l. 6. C. Quæ res pig. & ib. Hot. Gail. 2. obſ. 26. n. 1. Et poſterius quidem ſi cum tertio agatur, qui ex cauſa oneroſa rem tenet, probandum omnino fuerit, ſi cum debitore, aut eius hærede, poſſeßionem probaſſe ſufficiet, ut tradit Maſc. d. probat uol. 1. concl. 456. n. 6. & uol. 2. concl. 870. n. 24 v. Mayn. c. 18. d. act. lib. 2. Ant. Vſyl. in § item Seruiana inſt. d. Act. n. 47 & ib. Cor. n. 3. & Gomeſ. n. 35. Remiſsiue Crauet. conſ. 201. n 5. Paul. d. Caſt. conſ 168. p. 2. n. 1. Menoch. conſ. 625 n. 69. Crauet. conſ. 815. n. 8. Io. Ceph. conſ. 98. n 33. Ant. Corſ lib ſing. v. actio hypothecaria Lud. Rom ſing. 159. & ib. addit. Negus latè: p. 8. m. 3. n 6. cum mult. ſeq.*

B) *Coras. d. § item Seruiana n. 6. Pet. Plat. n. 8 Vſyl n. 55. Mayn d c. 18 in f. Maſcard. d. concl 456 n. 7. & d concl. 870. n 12. Quib. caſib. autem creditori hypothecaria agenti recte moueatur quæſtio Dominij, tradunt dd. ad l. cum res C. d. prob. Zaſ. d. § item Seruiana & Gail. d. loc. n. 5.*

LVI.

Pereunt hæ actiones aduerſus extraneum bonæ fidei poſſeſſorem annis 10. inter præſentes 20. inter abſentes *A*) Aduerſus malæ fidei poſſeſſorem annis 30.

*B*) Aduerſus ipſum debitorem uel hæredem eius & poſteriores creditores debitore ſuperſtite annis 40. *)*

A) *l.* 1. *&* 2. *C. ſi ad. cred. l.* 2. *C. Quib. non obij. long. temp. perſcr. arg. l. ſi à creditore* 7. *& l. fin. C. de A. & O. ubi Seruianam actionem contra poſſeſſorē rei oppignoratæ intentari poſſe Impp. dicunt, ſi non longi temporis poſſeſſione munitus ſit: At longum tempus* 10 *an: inter præſentes &* 20. *inter abſentes eſſe ex inſcriptione tituli & l.* 1. *cum Auth. ſeq. & l. fin. C. d. præſcr. long. temp. ſatis conſtat & probant Br. in d. l. de quib. n.* 14. *Zaſ. n.* 33. *d. ll. Panor. in c. fin. n.* 11. *extra de conſuet. arg. l. ſi cum fideicom. § Ariſto. Qui & à quibus man. l. pen. d. prætor ſtip. l.* 1. *de rip. mun l. ſancimus §* 1. *C. de teſtam. Angel. & Fab. in § ex non ſcripto I. de Iur naturali gent. Mynſ cent* 6 *obſ.* 41 *n.* 10 *Gail.* 2. *ob.* 31. *n.* 6. *Don.* 1. *com.* 10. *Perſonalis tamen actio contra debitorem ſalua remanet d. l.* 1.

Longum tempꝰ quot annorum ſit?

B) *l.* 3. *§ Eodem iure l. cum notiſsimi* 7. *C. de præſcr.* 30. *uel* 40. *an. Quos textus de extraneis qui malâ fide poſsident rectè accipimus ne contrarij uideantur d. l* 1. *&* 2. *C. Si ad cred. Et vero etiam ipſa uerbi detentores ſignificatio id quodammodò euincit quo certum eſt eos intelligi, qui de facto ſaltem uel corporaliter rei incumbunt Zaſ in l. poſsideri § Ex contrario de acquir. poſſ. & not. Accurſ. ad d. l.* 7. *verb ſpatijs.*

C) *d. l. cum notiſsimi §* 1. *&* 2 *In perſona tamen poſterioris creditoris diſtinguit Imp. ut ſi uiuo debitore, uel partim uiuo partim mortuo rem poſſederit* 40. *annorum præſcriptione contra priorem creditorē ſe tueri poſsit. At mortuo debitore ſufficiat ei* 30 *annorum poſſeſsio. Cuiac. in par. C. de præſcr.* 30. *uel* 40. *an. Bald. c.* 14. *Chaſ. in conſ. Burg. tit. Des Cenſes §* 2 *n.* 38. *Mayn. d. c.* 18. *Coras. d. § item Seruiana n.* 7. *Gom. n.* 32. *& ſeq. Crauet. conſ.* 148. *n.* 6. *conſ.* 990. *n.* 63. *Paul de Caſtr. conſ.* 70. *n.* 2. *p.* 2. *Tib. Dec. conſ.* 13. *n.* 57. *uol* 2.

## LVII.

De interdicto Saluiano.

Actio extraordinaria ex Saluiano interdicto proficiſcitur, quod adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa introductum eſſe Imp. ait, *A*) eoq; uti Dominum fundi de rebus Coloni *B*) pro mercedibus fundi ſibi obligatis directo

recto quidem contra colonum at utiliter contra hæredem Coloni aut tertium poſſeſſorem C)

A) § adipiſcendæ inſt. de Interd. Vnde & poſſeſſorium judicium dicitur introductum à Saluio Icto celebri l. inter antiquam C. d. Vſufr. quem nonnulli ut Bald. meminit d c. 14. Saluium Iulianum Edicti perpetui compoſitorem eſſe dicunt.

B) Non etiam Inquilini: Saltem enim aduerſus conductorem illud competere Gord inquit. in l. 1. C. de præcar quod Iuſt. de conductore prædij ruſtici interpretatur.

C) d. l. 1. C. de præcar. iunct l 1. § 1. d. Sal. int. Cuiac. 5. obſ. c. 24. Hot l. 1. mihi pag. 37. Sunt qui Interdictum Saluianum utile ad quemcunq; creditorem extendunt exemplo Seruianæ utilis Br. Bl. & alij in d l. 1. de Sal int. quos ſequitur Neg p. 8. m. 1. n 5. Cuiac lib. 5. ſententiarum Paul in f. v. Menoch. 3. rem adip. poſſ. n. 18 & ſeq. VVeſ in par. de Sal. int n. 3. Quod non facilè admittendum eſt, nec probatur d. l. 1. in qua interdictum utile Iulian. ſaltem refert ad res Coloni, quæ penes tertium fuerint uel emtorem uel alium: Sanè verum eſt, Seruianam actionem utilem contra omnem qui pignus poſidet rectè intentari: Sed quid hoc ad Saluianum interdictum? Illa realis eſt & rem perſequitur Hoc perſonale, ſicut interdicta omnia § 2. I. de interd. l. 1. § fin. de Interd. Mynſ. § item Seruiana inſt. Act. n. 42. Hinc ratio diuerſi iuris manifeſta eſt; Quid autem ſi duobus in ſolidum res ſuas obligauerit Colonus, cuius potior erit conditio? Inter ipſos quidem poſidentis fore Iul. indicat d. l. 1. aduerſus extraneum autem ſinguli Saluiano interdicto rectè experientur. Idem de Seruiana pronunciat Vlp. in l. 10. de pignor. Sin pro parte: Saluianum quoq; aduerſus Colonum pro parte directò, aduerſus extraneum pro parte utiliter erit. At inter ipſos creditores Saluianum non ſufficiet, ſed ad Seruianam deſcendendum erit d. l. 2. d. ſal. int. quod rationem habet: Interdicto .n. Saluiano de ſolida poſſeſſione agitur, non quæſito partium jure, cuiꝰ cum par cauſa ſit uincere poſſeſſor debet. In Seruiana de jure quæritur: Ius autem pignoris ſingulis pro parte competit: Hoc igitur jure probato, poſſeſſionis pars dimidia auocabitur. Hot. legit dimidiæ partis poſſeſſio. Cuiac. d. ob. 24. Plurib. de interdicto Saluiano, quid differat à Seruianâ actione

An interdictum Saluianum utile cuicunq; creditori detur?

Alia Quæſtio.

Quid probandum ſit in Saluiano interdicto?

*actione? quid probandum in eo ſit? nempe, quod ſufficiat dicere inuecta illataue poſſeſſa fuiſſe ab ipſo conductore cum obligatio contraheretur: Hot. & Neg. agunt d. loc. & m. 3. n. 19. Men. 3. rem: ad poſ. n. 16. & ſeq. Item n. 159. Schneid d. § interdictū quoq; n. 2. & 3. Mynſing. conſ. 9. decad. 1. n. 14. Gomeſ. d. § item Seruiana n. 35. Maſcard. de probat. concl. 456. n. 21. uol. 1. Paul. d. Caſtr. conſ. 168. n. 1. part. 2. Crauet. conſ. 845. n. 8. & 9. Nat. conſ. 532. n. 1. & ſeq.*

## LVIII.

Datur etiam pignoris nomine creditori poſsidenti exceptio, ut tamdiu retinere illud poſsit, donec ei de debito integre ſatisfiat.

*Vulgata regula juris: Cui actionem damus ei multo magis exceptionem competere quis dixerit l. Inuitꝰ d. R. I. l. 1. de ſuperfic. Exempla eiuſmodi retentionis paſsim in jure obuia ſunt, in l. 1. Quib. mod. pig. uel hyp. ſol. l. un. C. Etiam ob chirogr. pec. l. 8. § ſi pignori de pig. act. l. 1. C. ſi al. res pig. dat. & nonnulla recenſet Bald. c. 13 & Cor: d. § item Seruiana n. 6. & infr. not. ad th. 93. in pr. vid Coler. de proceſ. execut. c. 2. n. 184. ubi ea quæ retentionis juri obſtare uideantur diluit & Negus. per 5. m 4. n. 1. 2. cum ſeq:*

## LIX.

De diſtractione pignorum.

Et hactenus de iure pignoris perſequendi: Alterum quod creditori competit in diſtractione eiusdem conſiſtit: Ceſſante enim in ſolutione debitore ius diſtrahendi pignoris creditori *A)* uel ex pacto competit uel ex lege. Ex pacto quidem cum de pignore diſtrahendo ſi pecunia ad diem non ſoluatur, expreſſe conuenit *B)* uel ab initio uel poſtea *C)* Ex lege vero cum aut nihil nominatim de uenditione cautum eſt, *D)* aut etiam ne liceat uendere pactum, *E)* quibus tamen caſibus bona fides ut adſit requiritur *F)* & debitori diſtractio ter & teſtatò ſi liceat, denuncietur. *G)*

A) *Hoc*

A) *Hoc ius potiſſimum eſt & præcipuum quod in pignore habet creditor, & à Icto. in l 8. d diſtr. pig l. 7. § 1. d. reb eorum qui ſub tut, ab Imp in l. 1. C. de pact. pig. in primis commendatur Hot. tit. 5 in pr. Mud. de pact. pig. n. 1. Nec tantum creditori datur ſed & hæredi eius l. ſi neceſſarias 8. § de uendendo de pign. & ceſsionario Br. & alij in l. Ariſto. Quæ res pign. Nam & hypothecariam iiſdem competere ſuperius dictum eſt ad th 51. Eousq; dum quoddebitum eſt integre & plenè perſoluatur v. Neg: p. 6. m. 1. n. 19. & ſeq. & quæ infr. not. ad; th. 89. lit. B:*

Etiam hæredi creditoris & ceſsionario ius uendendi pignoris competit.

B) *§ creditor Inſt. Quib. al. licet uel non l. cum ſoluenda 4. de diſtr. pig l. 4. cum ll. ſeq l. 8. § 3. & 4. de pignor. act. l. ſi mandatu 89. § creditor Mand.*

C) *Quid enim refert quando conuenerit, cum & ſi nihil conuentum eſſet, uendi tamen poſſet Mud. de pact. pig n. 7 Hot tit. 5. mihi pag. 89. Si qua tamen conuentioni de uendendo pignore forma adiecta eſt, ea ſeruari debet ad amuſſim quidem per l. contractus d. R. I & c. contractus eod. t in 6 Coler. de proceſſib. execut. p: 3 c. 9. n. 98. ne uel actione furti ſe obſtringat creditor l. idemq; iuris de pig act. uel actione pignoratitia in id quod intereſt l. 1. C. ſi uend. pig. Itaq; ſi conueniat ut creditor non auctione publicâ, ſed priuatim uendat, ualebit conuentio Mud. d. loc. n. 10. Sic ſi annua bimâ, trimâ die 30. ſtipulatus acceperim pignus pactusq; ſim. ut niſi ſua quaq; die. pecunia ſoluta eſſet, uendere eam mihi liceret Pomp. ait. non poſſe me pignus uendere antequam omnium penſionum dies uenerit. l. 7. § ſi annua de pign. act.*

Forma conuentioni de uendendo pignore adiecta ad amuſsim ſeruanda eſt.

D) *Ipſa ui enim pignori adhæret. uenditio, nec ſeparari ab eo poteſt, dum nomen retinet ut Imp. innuit in l. 1. C. de pact. pig. & Vlp. in l. 4. de pig. ad eo quidem, ut etiā conuentioni de re diſtrahenda includi tacitè ius pignoris probet l. 3. § fin. Qui pot. in pig. & S. dictum eſt ad th. 16. Don. c. 10*

E) *l 4. & ib. Coſtal. de pignor. act. l. 7. C. de diſtr. pign. Nam & hoc caſu tandem licebit uendere, ne inutile ſit pignus & ſine effectu quod ipſe Iuriſconſ. indicat in d l. 4. l. ſeq Et alias certum eſt: non in emtis tantum & uenditis reb. Sed & in alijs omnibus quæ conſenſu contrahuntur non ita quod dictum, quam quod actum fuit ſequendum eſſe l. ſed & Celſus § 1. de contrah: emt. Vnde Paulus in l. 54. § 1. Locat:*

In contractibus non ita quod dictū quam quod actum fuit ſequimur.



Etſi

*Etſi inquit Inter conductorem & locatorem conuenit, ne conductor intra Locationis tempora fundo inuitus expelleretur, additâ inſuper pœnâ, hoc tamen itâ intelligendum eſſe, quamuis nôn expreſſum fuerit, ſi penſionib. paruerit, & ut oportet, coluerit, quibus neglectis non obſtante pacto, jure expelli poterit. Hactenus igitur & pactio de non uendendo pignore ualebit, quatenus poſt unam & alteram denunciationem debitor inſolutione non ceſſauerit: Quod & Alc ad l pen. C. d. pact. n. 41. Alber. Coſtal. Fulgoſ. ad d. l 4. de pign. act. & alijs placuit. Diſſ. Pin. ad l. 2. C. de Reſc. uend. p. 2. c. 2 n 8 9. & 10. Sed minus probabiliter ut notat Soar. ibid Negus p 6 m. 1 n 3.*

Quando proſcribi dicatur auctio

F) *h. e. auctio proſcribatur; quippe cum non niſi conſtitutâ & proſcriptâ auctione pignora uendantur l. 4. C. d. diſtr. pig. Hot. tit. 5. in pr.: Proſcribi uerò dicitur auctio, cum publicè affixo libello uel programmate, cui & nomen debitoris inſeri ſolet l apud § ſi quis bona d Iniur. pretiũ rerum oppignoratarũ denunciatur l. 6. C. d. remiſs pig.*

G) *d. l. 4. l. 4. & ib. gl. verb. ſolenniter. C d. diſtr pig. l debitorib. 18 C. d. adm. tut. l. fin. § 1. d Iur. dom imp VVeſ conſ. 2. n. 25. Et hoc omne debitoris cauſa: quem in pretio rei ſuæ circumueniri periniquum Leges judicarunt: Sed an utroq; caſu trina requiratur denunciatio, An priori una ſufficiat? controuertunt Interpretes: Poſterioris ſententiæ Hot. eſt d. tit. 5. mihi pag. 91 per l. fin. § 1 d Iur. dom. imp. l. 4. & ib. gl. C. d. diſtr. pig. arg. l. mora 32. d. Vſur. & Don c. 10 Negus. p. 6. m. 1. n. 2 & 3 Prioris Cuiac. ad ſententias Pauli lib. 2. t 5. Quæ & uerior eſt: Sic enim Paulus ſcribit l. 3. Quæ res pig. Eos qui pactũ de uendendo pignore omiſerunt, hoc agere uiderine uendere liceat: Hinc ita arguere licet; Si pacti de non uendendo & pacti omiſsi eadem ratio eſt, quæ uno caſu quo actum eſt ne uendere liceat, trina denunciatio requiritur, ut uenditio fieri poſsit, eadem & altero quo nihil omnino actum eſt, requiretur: Conſequenter igitur & textus, qui denunciationis ſimpliciter meminerunt, de trina accipiendi & interpretandi fuerint.*

Alia quæſtio,

## L X.

Ter autem denunciatum itâ accipimus, ſi inter ſingulas denunciationes aliquod interuallum intercedat, quod licet plæriq; uno definiant die, A) rectius tamen illud

illud 10. dierum eſſe debere putamus: *B*) Itaq; poſt 30. dies jure creditor pignus uendiderit non expectatâ inſuper bienniј metâ : quod præclari nominis Iuriſconſulto ita uidetur, nec abſq; ratione *C*) Nos vero à communi uix tutò recedi poſſe ipſa Iuſtin. conſtitutione perſuaſi exiſtimamus *D*)

A) *Acc. Br. & alij in l. 4. de pign. act. Ex eo. quod abſens reus in cauſa criminis cuius nomine excuſationes nemo infert, per triduum citandus ſit : Sed quid hoc ad rem ? Conſtat, reum criminis per ſingulos dies ter citari l. inter d. publ. jud. Idemne in debitore obſeruandum fuerit ? Abſurdè uidelicet & nulla probabili ratione Ordo criminalis judicij qui celeritatem rei conficiendæ ſimul adiunctam habet, cum officio priuati creditoris in compellando debitore confunditur.*

B) *arg. eius quod & alijs locis in iure noſtro, ubi ſine certa definitione temporis aliquid exigendæ pecuniæ uel debitori conueniendo ſtatuitur, decem illud dierum ſpatio includi legamus : ſic enim in Edicto de conſtitutâ pecuniâ, cum aduerſus eum qui ſine die conſtituit neq; ſoluit, actionem polliceretur Prætor poſt aliquod modicum tempus, Vlp. id non minus 10 dierum fore interpretatus eſt l. promiſſor § ſi ſine d. conſt. pec. Sic tria edicta quibus abſens reus in cauſa ciuili citandus eſt non minus 10 dierum ſpatio interponi debere idem Vlp. aſſerit in l. cum peremtorium & l. ſeq. d. Iudic. ſic amplius lex 12. tab. confeßis & debiti iudicatis conquirendæ pecuniæ cauſa 30. dies indulgebat authore Gell. lib. 20 c. 1. quo pertinet Pauli illud in l. dicimus d. ſolut. Idem igitur tempus & debitori hic concedendum fuerit ſecundum Salic. & Caſtr. in d. l. 4. Ang. in § contra autem I. Quib. al. licet uel non arg. l. ſi debitori d. Iudic. Negus p. 6. m. 1. n. 4. Don. c. 10.*

Tempus modicum plerumq; 10. dierum eſt.

C) *Don. d. loc. ubi rationib. ſat exquiſitis ſententiæ ſuæ patrocinari cupit.*

D) *quæ extat in l. fin. C. d. Iur. dom. impetr. quâ non tam rationem impetrandi dominij pignoris ut Don. putat, propoſitam eſſe quam modum præſcriptum ex quo pignorum diſtractio procedere debeat ipſe Iuſtin. fatetur in d. § contra autem. Stet igitur communis opinio : Quod poſt legitimam denunciationem biennium inſuper expectare creditor*

*teneatur quam pignus uendere poſsit, quam ſequitur Bald. c. 8. Hot. d. l. fin Fich. th. com. op tom. 2. ſub. lit. P. n 84. Schn. & Inſt. communiter in d. § contra autem Cuiac. ad tit C. de Iur. dom imp. & ad t. de præſcript. cap 21. mihi pag. 765 VVeſ. in par de diſtr. pig. n. 4. Soarez. th. R. S lit. P. n. 116. Coler. de proceſ. execut. p. 3. c. 9. n. 99. Neg p. 6. m. 1. n. 4.*

## LXI.

Quod ſi ſolennibus hiſce neglectis, creditor pign° uendat, mala fide agere dicitur: Itaq; actione pignoratitia in id quod intereſt, A) uel actione furti tenetur B) Emtio tamen niſi & emtoris aliqua fraus arguatur C) inutilis non redditur D)

A) *l. 4. l. 7. & ib. Hot. C de diſtr. pig. l. 1. 2. & 3. C. Si uend. pig ag. Eodem modo: Executorem legimus qui rem in cauſam judicati captam diſtrahit, doli actione teneri Domino rei, ſi uiliori precio eam proiecerit l. ſi pignora d. euict. l. 3. § Si executor d. neg. geſt. Bald. c. 18.*

B) *l. 73 l. ſi pignore 54. de furt. l: 4. de pig. act.*

C) *l. 7. C. de diſtr. pig. Qui tamen & illo ipſo caſu non niſi in ſubſidiũ, ubi creditor ſoluendo non eſt, â debitore conueniendus fuerit per l. 1. & t tt. C. ſi vend. pig ſ. actione ordinaria quæ eſt rei uindicatio l 1. C. d reb. al. non al. l. emtor 65. d R. V. l. 2 C. Si ant. cred ut fundum reſtituat cum fructibus: Don. & Bald. d. loc. Sed pretium debitor cum uſuris refundere tenetur l. 1. 3 & 4. C. Si uend. pig. non quod illud in rem eius uerſum ſit, ſed quia rem Domino ex emtione auellit per reſtitutionem in integrum quæ debet eſſe reciproca. Cuiac. in par: C. ſi uend. pig. ag. Cæteroquin conſtat. Malæ fidei emtorem pretium amittere l ſi fratres Com præd l. ſi fundum 27. de euict. l. pen & l. fin. d. reſc. uend. ſ ſi in ipſo contractu doloſè egerit, non autem in pretio uenditorem circumuenerit: quod impune licet l. in cauſæ § 1. d. minor l. item ſi 22. § fin. & l. ſeq. Locat. Itaq; receptum eſt ne prætextu uilioris pretij uenditio reſcindatur l. 4. l. quisquis C. d. reſcind. uend. l. 2. & ib. DD. d. t. Hot. ad l. 1. C. Si uend. pig. ag.*

Malæ fidei emtor pretium amittit.

D) *Ea enim communi pignorum jure facta eſt l. 1. C. de pact.*

*pig. reiq; dominium in emtorem transfert : Sed quanto minoris res uendita eſt h. e. quanti debitoris intei eſt rem juſto pretio ueniſſe l. 1. C. Si uend. pig. ag. eius nomine pignoratitia debitori aduerſus creditorem ſalua eſt l. creditor. 6. C. de pignor act.*

## LXII.

At ſi ritè & ſecundum leges uendat, præterquam quod impediri à debitore citra præſtationem uniuerſæ ſortis & uſurarum, nequit *A)* plenum in emtorem transfert dominiũ *B)* quod ipſum non auocatur *C)* niſi ex pacto, ut uel ipſe creditor uel debitor ſi pecuniam ſtato tempore offerat pignus recuperare queat: *D)* Q ib. caſibus actio ex uendito creditori competit quam præſtare & cedere debitori actione pignoratitia tenetur *E)* Imò & ipſi debitori actio citra ceſſionem competit, ut aut uindicare rem poſſit *F)* aut in factum actione aduerſus emtorem agere : *G)* Sanè Fideiuſſor debitoris & ſecundus creditor ſi rem emtionis titulo â creditore poſſideant, oblatâ pecuniâ quæ depenſa eſt, debitori rem reſtituere etiam citra conuentionem tenentur *H)*

A) *l. 1. & 2. C. Deb. uend pig. imp. non poſ. Etenim periniquum foret, ſi quod jus creditori ex ipſâ ui obligationis, præterquã quod & ſolennib. Legis ſatisfecerit, quæſitum eſt, facto debitoris eidem auferri uel etiam imminui poſſet, ut ipſe Imp. arguit in d. l. 1. per l. id quod noſtrum d. R. I. Sunt tamẽ qui uenditionẽ impediri eo caſu ubi debitor de bonis ſuis meliorib. ſatis facere parat9 eſt ex æquitate ſtatuunt per auth. hoc niſi debitor C. de ſolut. quibus ſuffragaturr Ius Sax :* Landtrecht *lib. 3 art. 39. uerſ.* Wer das nicht halten mag *Coler. d. proceſſ. execut. p. 1. c. 6. n. 104. & 116.*

B) *l. 4. de pignor. act. l. qui â creditore 18. C. d. diſtr. pig. & hoc ipſum partim ex conceſſione debitoris tanquam Domini, partim ex permiſſione legis § 1 & 2. Quib. al. licet uel non l. 4. de pign. act. Quo pertinet quod Iuriſconſ. ait in l. 46. d acquir. rer : dominio Non eſt nouum, ut qui dominiũ non habet alteri dominiũ præbeat. Creditor enim*

 pignus

*pignus uendendo cauſam dominij præſtat, quam ipſe non habuit, quod adeò procedit ut & rei uindicatio emtori contrà debitorem ipſum poßidentem, competat. l. obligatis 15 C. d. diſt. pig.*

C) *Etſi uel debitor ipſe uel ſecundus creditor, cui eadem res obligata fuerat, pecuniam offerat l. 3. 7. & 11. d. diſtr. pig. l. 1. C. ſi antiq. cred. fac. l. ſoluitur § 1. Quibus mod. pig. uel hyp ſol. Don d. loc.*

Cõtractꝰ ex conuentione Legem accipit.

D) *l. ſi creditor 7. in pr. d. diſtr. pig. l ſi cum uenderet 13. de pignor. act. Contractus enim ex conuentione legem accipiunt, per l. contractus ff. & in 6. d. R. I. l. jurisgentium § 1. de pact. cum ſimilibus.*

E) *d. l. 7. & l. ſi cum uenderet 13. Optima ratione: Creditor enim cui per uenditionem pignoris ratione debiti ſatisfactum eſt, nullâ amplius actione indiget: Si quam vero ex pacto uenditioni adiecto habet, eam debitori, cuius intereſt rem ſuam competenti actione, oblata emtori pecuniâ, repetere, meritò cedit. Et cedere quidem tenetur actione pignoratitia, d. l ſi cum uenderet, quam debitori eoipſo quo creditori de debito ſatisfactum fuerit, competere certum eſt l ſi rem alienam § omnis pecunia de pign. act. ſ. ne quid commodi ex pignore uel occaſione illius penes eum maneat; arg l 38 d. euict. Mud de pact. pign. n 24. Don. d. c. 10.*

F) *Inſtar Domini ſc. Etenim ex conuentione & facto creditoris, dominium rei uenditæ adhuc penes eum reſidere juris quadam fictione exiſtimatur: Itaq; non mirum eſt: ſi eoipſo quo conditioni intra præfinitum tempus ſatis fiat, contractus q. reſoluatur ipſo jure, resq; in priſtinam cauſam recidat l uoluntate in f. Quibus mod. pig. arg. l. 71. d fideiuſſor: Mud de pact. pig. n 27. Abſurdum vero eſt quod alij uolunt inter quos Ias. eſt in l. ab emtione de pact & Fulgos. in d. l ſi cũ uenderet. Creditorem non rem pignoratam ſed pignꝰ id eſt jus pignoris in emtorem transtuliſſe, rei dominio interim penes debitorem manente, cui & propterea rei uindicatio detur: Siquidem Iurisconſultus expreſſe dicat: Debitorem non jus pignoris ſed illam ipſam rem quam pignori olim dedit, uindicare? Quod ſi jus pignoris tantum creditor, in emtorem tranſtulit, quid opus fuit ſpecialiter conueniſſe ut ſolutâ pecunia debitori res reſtitueretur? cum & citra conuentionem debitori integrum ſit, ut primum ſoluerit pecuniã à quouis rem auocare; qui eam crediti jure poßidet l. debitor 40. § fin. de pig. act. l. 1. in pr. C. Si pig. pig. & S. not.*

Superuacuũ eſt pacto excipere quod ipſo iure competit.

*ad th.*

ad th. 33. lit H. Hot. tit. 5. VVeſ. in par. d. diſtr. pig n. 7. Certè ſuperuacuũ foret pacto illud excipere quod ipſo jure conceſſum eſt ut Pomp. innuit in l 9 d. diſtr. pign.

G) Quâ ipſâ hoc conſequetur ut facta narratione eius quod actum eſt, & probato amplius quod conditio euenerit reſciſſâ emtione, rem ſuam recipiat: Concernit itaq; et hæc actio ipſam rem etſi contra perſonã emtoris intentetur, dum hoc agitur ut ex lege contractꝰ res impletâ iam conditione ad ſuum dominum reuertatur ac ſi nunq; uendita fuiſſet: Cæteroquin ſi principaliter contra perſonam emtoris ageretur, ceſsione opus fuiſſet, citra quam ut actio alteri per alterum quæratur, juris ratio non admittit per l. multũ C. Si quis alt. uel ſibi l. quæcunq; d. Oblig. & Act l ſi ita ſtipulatus 126. § Chryſogonus d. V. O. arg. eius quod de actione ex uendito paulo ante dictum eſt l. 1. & 2. C. per quas perſ. nob. acquir.

Quatenꝰ alteri per alterum quæratur actio?

H) l cum ſecundus § ſi ſecundus cum l. ſeq d. diſtr. pig. arg. l. 2. eod. tit. l. 59 ſi mandatu § Paulus Mand Quod rationem habet, Fideiuſſor enim & ſecundus creditor rem emiſſe cenſentur, non ut eam dominij jure poſsiderent, ſed pignoris ſui ſeruandi cauſa cuius luendi poteſtas debitori ipſo jure ſemper integra eſt l. 10. & 12. C. de pign. act. & paßim. Hot. d. tit. 5. Bald. c 18.

## LXIII.

Quæritur hic: Quid præſtare pignoris nomine creditor emtori teneatur? Certè ſi pignus ut rem ſui Dominij uendidit, idem quod alij uenditores, jure uenditi præſtare emtori tenetur: *A)* non etiam ſi jure crediti uendidit, *B)* niſi ad euictionem expreſſe ſe obligarit, *C)* uel malâ fide contraxerit: *D)* Emtori tamen re euicta, aut nondum euicta Domino rei contrariam pignoratitiam contra debitorem præſtare eum teneri ex æquitatis ratione Vlp. reſpondit. *E)*

A) Nempe uacuam poſſeßionem tradere l. pen. de diſtr. pig. l. 13. C. eod. uel ut Paulꝰ loquitur de dolo & euictione cauere l. 1. in pr d. rer. permut. Quod clarius oſtendit Vlp. in l. exemto 11. d. Act. emt. his uerbis: Natura-

*Naturaliter hoc emtioni & uenditioni ineſt ut inprimis ipſam rem uenditor tradat, quæ traditio ſi quidem Dominus fuit uenditor, facit et emtorem Dominum, ſi non fuit tantum euictionis nomine uenditorem obligat; modo pretium ſit numeratum, aut eo nomine ſatisfactum Mud. de pact. pig. n. 72.*

B) *uel lege pignoris, l. etſi 15. d. diſt. pig. Imo nec pretij nomine ſi res euicta fuerit, actione ex emto conueniri poteſt l. 11. § ſententiã d. Act. emt, cenſetur enim jure proprio, quo rem oppignoratam habet, uendere, atq; ita non ſuâ ſed alienâ fide VVeſ. in par. d. diſtr. pig. n. 8. Hoc tamen implere debet, rem ſibi ab eo quem debitorem uerè credidit, obligatam eſſe, ſeq; in cauſa pignoris potiorem eſſe l. 1. C. Cred. euict. pign. poſtremo ſibi licere rem uendere uel ex pacto uel lege Don. c. 10. Hot. d. tit. 5.*

C) *Quod ei licitum eſt, cum & ſi duplum euictionis nomine promittat, teneatur l. ſi pignore 22 § ſi creditor. de pig. act. l. fin. C. cred euict. no. Sed regreſſum ad debitorem habet per actionem pignoratitiã contrariam l. ſi pignore 22. de pig. act. Mud. d. loc. n 31.*

D) *cum ſciret rem ſibi non eſſe obligatam, aut debitoris non eſſe, l. 11. § ſententiam d. Act. emt uel alium ſe præcedere in cauſa pignoris l. 1. C. cred. euict. pig. Quib. ſanè caſib. ut ſe dolo liberet creditor fieri non poteſt, tanto minus ab euictione, ne dolus ei ſuus patrocinari uideatur Mud. de pact. pig. n. 32 & 35. Bald c. 18.*

E) *in l. 38. de euict. Aget itaq; uel utili actione Dominus rei uel etiam emtor ſi res euicta ſit l. 12. § 1. & ib gl. d. diſtr. pig. Aut contraria pignoratitia in id quod intereſt contra debitorem qui rem alienam contra bonam fidem obligauit.*

## LXIIII.

Debitori vero quicquid ex pignore uendito ad creditorem peruenit, aut per eum factum eſt quo minus perueniret, ad liberationem proficiet, *A)* Imo etiã fruct⁹ ſi quos creditor percepit aut percipere potuit in rationem exonerandi debiti pro ficere Alex: reſcripto probatur. *B)*

A) *l. 59. § creditor. Mand. d. l. 12. § ſi aliena d. diſtr. pig. Don. c. 10.*

B) *l. 1.*

B) *l. 1. & 2. C de pignor. act. Fructus enim ſequuntur dominiũ l. ſi dominiũ 9. C. de pignor unde ſi qui penes creditorẽ fuerint, eos uel in ſortem imputabit ſi gratuitum ſit debitum l. 1 C. d. diſtr. pign. ſin uſurarium in uſuras primo & deinceps quod ſupereſt in ſortem l. is cui § quæri poterit Vt in poſſ. leg. cauſa l. cum & ſortis 31. de pignor. act. Mud. de pact. pig. n. 46. & 47. Imo ſi totum debitum ex fructibus creditor conſecutus ſit ipſo jure pignus liberari Conſtat. ex l. 1. C. d. diſtr. pign.*

## LXV.

Quod ſi minus debito ex uenditione pignoris conſequatur creditor, reſidui nomine debitor adhuc obligatus fuerit, *A)* adeò quidem ut creditor cætera etiam bona jure conuentionis conſequi agendo uel aduerſus debitorem uel fideiuſſorem poſsit: *B)* Sic nec liberatum debitorem Tryph. ait ſi incertum ſit num pretium penes creditorem omnimodo ſit permanſurum, *C)* aut etiam ſi pretium creditor ab emtore ſeruare non poſsit, modò ei nulla culpa imputari queat, *D)* Sin pluris pignus uendiderit, ſuperfluum etiam cum uſuris, niſi eam pecuniam depoſitam habuerit, reſtituere tenetur. *E)*

A) *Ipſo jure ſ. l. 9. d. diſt. pig. l. 3. C. eod. l. fin. § Sed ſiquidem de Iur. dom. impetr. l. 3. de pact. Abſurdum enim foret & ratio ni aduerſum ſi principalis obligatio, per acceſſoriam, cuius illa fulcrum eſt tollatur l. in omnibus d. ſolut. l. cum principalis &c. acceſſorium ff. & in 6. d. R. I. Iniquum vero etiam ſi creditorem quod minus idoneo pignore ſibi proſpexerit, quantitati in quam pignus non ſufficit renunciaſſe exiſtimaremus Etenim cum perſona debitoris in ſolidum obligata ſit, neceſſum creditori non eſt, ut pignoribus aut fideiuſſoribus in ſolidum ſibi caueri faciat: Itaq; & in partem debiti pignus & fideiuſſorem capi poſſe conſtat ex l. 5. de pignor. l. Pomponius In quibus cauſis pig. l. 8. § illud commune de fideiuſſ.*

Pignus & fideiuſſor etiam in partem debiti capiuntur.

B) *l. 3. & 9. C. de diſtr. pig. l. 2. C. de pignor. Quo ad enim commodo eius plenè ſatisfiat, pignora quæ uelit diſtrahere poteſt l. creditoris d.*

*ris d. diſtr. pig. Sed hoc temperamento ut Imp. ait in l. 2. C. de pignor ſi quæ ſpecialiter obligata habet prius uendiderit, eorumq; pretium debito non ſuffecerit, id quod probare tenebitur, ut docet Couar. V R. 3. c. 18. n. 1 & not gl. in l. 2. C. de pign. Neg. p. 5 m. 2. n. 51. & ſeq. Crauet. conſ. 77 n. 16. conſ 594. n. 5. conſ. 892 n. 1. Roman. conſ. 137. In re præſenti Corn. conſ. 246. col. pen. lib. 1. Pariſ. conſ. 50. n. 27. & 28. uol. 1. & conſ. 103. n. 1. uol. 3. quem vide omnino Ex quo euincitur debitorem qui ſpeciali & definitæ obligationi generalem ſubiecerit, hanc ſaltem in ſubſidium uoluiſſe ſubijcere : Potior itaq; ratio ſpecialis obligationis fuerit ut non obſcure Papin. indicat in l. 2 Qui pot in pig.*

C) *l. reſcriptum in f. d. diſtr. pig. Quid ſi enim rem alienam ſibi obligatam habeat creditor, eamq; ſub conditione uendat, ut ſi euincatur pretium reddat : Iniquum cetè foret, ſi in caſu ſubſecutæ euictionis & redditi pretij regreſſus ei ad debitorem præcluderetur arg. l. ſi pignore § ſi creditor 22. de pign. act. Num etiam uſuras, ſi quas ſtipulatus eſt repetere poſsit, quæſtionis eſt. De qua latius diſſerit Mud. de pact pig. n 39. quem v.*

Alia quæſtio.

D) *Quod rationem habet : Ex neceſsitate enim facta uenditio debitorem non liberat ut Paulus ait in l. quæſitum in pr. de diſtr. pig niſi pecunia percepta fuerit Iacob. Concen. 4. quæſt. I. q. 10. n. 5.*

E) *l. 6. in f. l. 7. de pign. act. l. fin. C. de diſtr. pign l fin. § ſed ſi quidem uerſ. ſin autem & § ſeq. d. Iur. dom impetr. Quid verò ſi nec pretium nec ſuperfluum ab emtore perſolutum ſit? Reſp. Iuriſconſultus in l. 24. § fin. de pig. act. adde l. pen. eod. tit. Mud. d. loc. n. 43.*

Alia quæſtio.

## LXVI.

De iure dominii impetrando.

Denunciatione vero legitimè ad præſcriptum modum factâ ſi intrà biennium inuenire emtorem creditor nequeat, dominium pignoris â Principe certis conditionibus noua Iuſtin: conſtitutione *A)* imperrare poteſt, ipſe ſibi addicere non poteſt, qualecunq; pignus fuerit, conuentionale, Prætorium, uel Iudiciale *B)* quorum tamen ratio alias ſolet eſſe diſſimilis : Imo quod in uenditione pignoris conuentionalis ius aliquantò reſtrictum eſt, in iudiciali latius ſe extendit:

Vnde fundus pupillaris ex Magiſtratus authoritate diſtrahi poteſt, ex priuatâ conuentione non poteſt C) Creditor etiam qui in priuato pignore ad licitationem aut emptionem minime admittitur D) pignus iudiciale ſi alius èmtor deficiat aut iuſtum prætium non offerat, licitari & emere poteſt: E) Sed nec ordo qui in diſtractione pignorum iudicialium â Diuo Pio præſcribitur, F) in priuatorum uenditione ſeruatur, Integrum namq; creditori eſt, ut Mod. ait, pignoribus quibus uelit diſtractis ad commodum ſuum peruenire. G)

Differentia iuris antiqui & noui in iure dominij pignoris impetrando.

A) in l. fin C. de Iur. dom. imp. *Sanè verum eſt, quod & jure antiquo creditor pignoris dominiũ impetrare potuerit arg. l. 101. d. leg. 3. l. 5. § 1. de reb. eor. qui ſub tut. Sed non ita certis & definitis conditionibus, Iuſtin. enim biennium debitori à denunciatione ſibi factâ indulſit, intrà quod pignus lueret, & uenditionem impediret. Olim ſufficiebat annus qui luitionis dicebatur: Iuſtin: proſcriptione facta, ſi nec intrà tempus à iudice definitum ſe ſiſteret debitor, & pecuniam offerret, creditori quidem integrum eſſe uoluit, pignoris dominium ex principali reſcripto obtinere. Sed irreuocabile demum ſi nec intra biennium Debitor, quod ex die ſacri oraculi ut ipſe loquitur, humanitatis quadam ratione inſuper eidem concederet, debitum cum uſuris & intereſſe præſtaret: Olim elapſo ſtatim anno dominium creditori, quod â Principe impetrauerat, relinquere debitor tenebatur l, 3. C. Si in cauſa iud. l. debitor ad Treb. l. eleganter 24. de pig act. l. ſi is qui 6. de acquire rer. dominio Hot. tit. 5. & ad d l fin Cuiac. in par. C. t. d. Iur. dom. imp. Unde conſtat ueteris & noui juris quam ſit diuerſa ratio. Princeps tamen ſi quando addicat dominium pignoris, totum hoc ſi ſpeciale fuerit, ſin generale pro modo debiti addicit, ex Alex reſcripto in l. 1. C d. Iur. dom. imp.*

B) *per l. 10. C. d. diſtr. pig. Cuiac. in par. C. d. Iur. dom. impetr. Nam & pignora ex authoritate Præſidis capta, ſi uel emtor omnino,*



*uel ex*

uel ex calliditate condemnati nõ poßit inueniri jure dominij tandem creditori per principem addici Gord. reſcripſit in l. fin. C. Si ex cauſa jud. ſed juſta æſtimatione & ad quantitatem debiti ut docet Coler. d proceß. execut. p. 3. c. 9. n. 96. & ſeq. per l à diuo Pio § ſi pignora de re judicat: & diſſent. refert. Imo: eum qui à Prætore ex aliquâ cauſa in bonorum poſſeßionem mittitur propter aduerſarij contumaciam, jus dominij ex ſecundo Decreto impetrare poſſe probat l. 5. & 7. l. 15. § Iulianus d. damno inf. l. 2. § fin. Si ex cauſa nox: l. 5 Com. diuid. l. 1. d. fund dot. c. 1. d. eo qui mit. in poſſ. Specul ad tit d ſecundo Decret. § ultimo dicamus Bald. c. 18. VVeſ. in par. d. damno infect. uerſ. Secundum decretum n. 4.

C) Etenim cum priuatis obligationibus res pupilli eximeret Oratio D. ſeueri, poteſtati & authoritati Magiſtratus publici derogare non uoluit ut Vlp. explicat in l. 3. de reb. eo. Sicut nec uenditionem reſcindere uoluit, quæ obligationem cum patre pupilli initam ſecuta eſſet ut ipſa orationis uerba oſtendunt fac. l. 1. & 2. C. Si ad: uend. pig. l. 38. d. minor.

D) Etſi per ſuppoſitam perſonam emat, quippe cum ſuſpicione fraudis res non careat, ſi creditor in uenditione pignoris ipſe ſibi negotium gerere uideretur l. 10. & ib. Hot. C. de diſtr. pig. Paul. 2. ſententiarum c. 12. § ſi per ſuppoſitam & ib. Cuiac.

E) Etenim cum ex officio eius qui diſtractioni præeſt emat non tam ſuâ quam alterius cuiuslibet uice emere exiſtimatur l. 2. C. Si in cauſam iud. Don. c. 11. Coler. d proceß. exec. p 3. c. 9. n. 73.

Ordo pignorum diſtrahendorum.

F) l. à Diuo 15. de re judic. ſ. ut in diſtractione pignorum à mobilib: & ſe mouentib. demum ad res ſoli & immobiles, ab his tandem ad nomina & actiones deueniatur: Quem ordinem ex humanitate introductum eſſe conſtat, & perpetuò obſeruari ubi de diſtrahendis alicuius bonis agitur ſ. ut ita quam minimo Domini incommodo fieri poteſt, alteri ſatisfiat l. ſi quis ſepulchrum § fin. de relig. & ſumt. fun. l. 1 § diminutio autem d. uentr. in poſ. mit. l. fin. § ſin autem C. d. bon. quæ lib. V. Lud. Mayn c. 15 lib. 2. d. Act. Ant Gra. ad pract. Octa. Veſtr. lib. 8 c. fin. n. 27. Menoch. 5. rem ad poſ. n. 160. cum ſeq. Coler. de proc. exec. p. 3. c 9. n 17. & ſeq. ubi quæ diuerſitas opinionum in hoc articulo ſit, quid Iure Saxon: obtineat plurib. oſtendit.

G) l. 8

*G) l 8. d. diſtr. pign. Hot. tit. 5. mihi pag. 95. Bald. c. 18.*

## LXVII.

Hoc notandum: quod Gordian: reſcripſit: Creditorem ſi dominio impetrato, uſuras creditæ pecuniæ à debitore exigere pergat, a beneficio receſſiſſe uideri.

*l. creditor 2. C. d. Iur. dom. imp. Eſt enim actus iſte beneficio impetrato planè contrarius, unde renunciaſſe eidem creditor, & uſuras exigendo debitorem adhuc pignoris dominum agnoſcere uidetur arg. l. filius 30. d. minorib. l. parentib. 8. C. d. inofficio teſtamento Cuiac. in par C. d. t.*

## LXVIII.

Sed quæſtionis eſt: Num etiam debitori ad huc pignoris uendendi facultas ſit? Certè rem generalis hypothecæ etiam citra conſenſum creditoris uendere eum poſſe haud improbabiliter dixeris, *A)* at eam quæ ſpecialiter obligata eſt non niſi ſciente & conſentiente creditore, *B)* cæterùm furtum commiſiſſe & ſtellionatu ſe inquinaſſe dicitur: *C)* Sanè ſi pactum ſit ne liceat debitori uendere, ſi uendat nullam eſſe uenditionem ut pactioni ſtetur Martia: reſpondit. *D)*

A) *per rationem l. 3. C. d. ſer. pig. dat. man. c. nulli extra d. reb. Eccl. non. alien. & quæ Negus tradit. p. 2. m. 1. n. 3. 5. & 10. Rol. à Val. conſ 62. n. 12. & ſeq. uol. 2. Col. d. proc. execut. p. 2. c. 3 n. 436. Tum v. etiam quod creditori in jure pignoris perſequendo, nihil fiat præiudicij. Hic enim cum eodem nexu omnia creditoris bona: ſibi obligata habeat, ex ijs quæ ſuperfuerint, ad commodum ſuum peruenire quamfacillimè poteſt per l. 8. d. diſtr. pig. At in ſpeciali ſi jus quod habet auferri ſibi uel etiam imminui pateretur, regreſſus utiq; ad cætera debitoris bona præcluſus eſſet arg. l. 9 C. d. diſtr. pig. vide Pariſ. conſ. 50 n. 23. uol. 1. ubi refert diſſent. adde Maſcard. de probat concl. 870 n. 14 & 24 uerſ. ſi agat. de probat. Coler. d. proc. execut. p. 2 c. 3. n. 36. Menoch conſ. 485. n. 1. Io. Ceph. Conſ. 397. n. 83. & 84.*

B) *Eoipſo enim quod uenditioni conſentit creditor pignus remitte-*

 re in.

Creditor uenditioni pignoris conſentiens remittere illud uidetur.

*tere intelligitur l. 4. C d. remiß. pig niſi conſentiat ſalua cauſa pignoris ſui ut exceptionis loco Vlp. ſubijcit in l. ſi debitor 4 § 1. Quibus mod. pig. Expreſſè uerò conſenſiſſe eum, requiritur nec ſufficiet ſola ſcientia uel patientia ut Mart. oſtendit in l. ſicut § non uidetur Quib. mod. pig. etſi diuerſum Caius innuere uideatur in l. creditor 158. d. R. I. uel etiam fauore libertatis & fiſci obtineat l. 1. & 8. C. d. remiſs. pign. Iacob. Concenat lib. 4. quæſt. jur. q. 19 n. 17. Don. c. 14.*

*C) ſc. quia rem inuito eo cui nexa erat contrectauit & diſſimulata obligatione in alium tranſtulit, ut uel duriorem ipſius creditoris conditionem faceret, uel ipſum emtorem circumueniret arg. l. 1. d. al. iud. mut. Hot. tit. 5. Quo ipſo ſe furto obſtrinxiſſe, & ſtellionatum commiſiſſe uerè dicitur per l. ſi is qui rem 66. d. furt. l. 3. d. crim. ſtell. arg. l. 1. de pig act. Don. tr. d. Iure. c. 9 n. 8. Cuiac. 11. obſ. 40. Venditio tamen rata fuerit ex ratione dominij quod penes debitorem manſit l. 8. C. de pig. act. At ſaluo iure pignoris. Sic enim reſcriptum eſt debitorem nec uendendo, nec donando nec alijs modis conditionem creditoris facere poſſe deteriorem l. debitorem C. de pignor. Itaq; tranſibit quidem res in emtorem ſed non niſi cum ſua cauſâ & onere l. ſi debitor 12 C. de diſtr. pig. l. res pignoris 0. C. d. remiſ. pig. l. alienatio de contrah. emt. l. 18 § ſi fundus de pignor. act. Nat. conſ. 531. n. 5.*

Res tranſit regulariter Cum ſuo onere.

*D) l. 7. § quæritur de diſtr. pig. Cæteroquin creditoris deterior fieret conditio, cui facilior ſemper aduerſus debitorem quam tertium poſſeſſorem uictoria eſt. Illum enim duplici pulſare hunc unicâ tantum actione poteſt: Illum ſi conueniat ſatis erit probaſſe cauſam principalis debiti & contracti pignoris l. ante omnia de probat. l. 10. C. de pignor. act. Cum hoc, ſi agat difficiliorib' inſuper probationib. aſtringitur ut S. dictum eſt th. 55. Pactionem itaq; ne debitori liceat uendere ratam eſſe Mart. uoluit quia creditoris intereſſe animaduerteret, etſi quodammodò contra rationem uideretur pacto priuato rei ſuæ alienationem alicui poſſe auferri quæ jure publico data eſſet l. 5. d. cur. fur. arg. l. ius publicum & l. pen. de pact. Sic enim & pactum ne uicino liceat in fundo ſuo monumentum extruere Iuſt. probat ſi uicini interſit l. fin. C. de pact. int. emt. & uend. Sic prohibitionem alienationis â teſtatore factam ſeruandam eſſe Mart. ait, ſi liberis aut poſteris aut alijs etiam hæredibus utilis ſit l. filiusfam. § Diui d. leg. 1. Sic amplius eam pactionem jure*

probari

*probari Vlp. ait ne uicino in certa maris parte piſcari liceat quoniam eiꝰ intereſt qui prædium uicinum habet l. uenditor 13. in pr. Com. præd. urb. Quod ſi tamen creditor interpellatus & ſeriò ad monitus uendere pignus recuſet, debitori id tandem integrum erit, ſi de pretio creditori ſatisfacere paratus fuerit arg. l. 6. de pignor. act. Neg. p. 6. m. 1. n. 23. Quæ pacti interpretatio perhumana eſt. Nam & eius ne creditori uendere liceat eam eſſe declarationem indicat l. 4. de pign. act. Et pactum à cohæredib. initum ne quis eorum partem ſuam prædij communis alij quam cohæredi uendat Scæuola interpretatur, ſi cohæres ſæpius teſtatò admonitus & conuentus emere non ceſſet l. 122. §. cohæredes d. V. O. Ex prædictis ueritas lectionis Florentinæ in d. l. 7. § quæritur conſpicua eſt: unde Bl. qui pro uerbo uenditionem conuentionem & Hot. d. t. 5. mihi pag. 99. usq. ad f. qui rationem legi uult, minime ſuffragamur ſecuti Salic. & al. in d. § quæritur Mud. de pact. pig. n. 14. & ſeq. Bald. c. 18.*

Quatenuſ cõtra pactũ uendere pignus debitor poſsit?

## LXIX.

Conſequenter nunc uidendum, *A*) Si plures in eiuſdem pignoris jure concurrant, uter alteri, ſit præferendus? Et potiorem fore conſtat, qui uel jure communi, uel jure ſingulari aduerſus alios concreditores ſe tueri poteſt *B*)

De prioritate creditorum,

A) *iuſto ſ. ordine, poſtquam de omni creditorum jure dictum eſt. Neceſſe enim erat ante conſtitui jus aliquod creditoris eſſe in pignore & id quodnam eſſet intelligi, quam in eo jure qui quibus potiores eſſẽt quæreretur Don. c. 12. in pr.*

B) *Qui Iuriſconſultis interdum melior dicitur l. ſi non dominus 14. Qui pot. in pig. interdum potentior l. 6. eod. tit. Non ratione traditi pignoris ſed conuentionis potiꝰ, ex qua cauſâ eius in pignore potior exiſtimatur l. creditor 12. § fin. Qui pot. in pig. Ias. in l. quoties C. d. R. V. Negus p. 5. m. 2. n. 5. Sanè uerum eſt quod re plurib. uenditâ potior exiſtimètur ille cui prius tradita eſt, licet poſterior rem emerit l. quoties C. d. R. V. l. ſiue autẽ 9. d. Publ. in rem. act. l. ſi duob. 6. d. diuerſ. & temp. præſcrip. At hypothecæ alia ratio eſt. Huic n. conſtituẽdæ ſola ſufficit conuẽtio d. l. creditor 12. § fin. Qui pot. in pig. l. 4. de pignor. l. 1. de pig. act. § Seruiana I. d. act. &c. Emtio ut perfecta habeatur traditionẽ inſuper*

Re plurib. obligata tempꝰ conuentionis non traditionis attenditur etſi in uenditione ſecus ſit.

requirit

*requirit l. 1. l. ex emto d. act. emt. § perficiuntur inſt. d. donat. § pretium inſt. d. emt. & uend. l. 6. C. d. reſc. uend. l. 3. d. A. & O. l. traditionib. C. de pact. unde emtori qui ſolâ conuentione nititur, præfertur ille meritò cui & uendita res eſt & tradita. Hot. tit. 4.*

## LXX.

De prioritate ex iure communi.

Iure communi tempus præcipuè in conſiderationem uenit: ut ſi plurib. eodem tempore res eadem in ſolidum ſit obligata, ſinguli etiam in ſolidum Seruiana uti poſsint aduerſus extraneos, inter ipſos autem poſsidentis melior habeatur conditio: Sin pro partib⁹ æquis rem obligatam habeant, utili actione & ipſi inter ſe & aduerſus extraneos ſinguli pro ſua parte, quod ſi nihil nominatim actum ſit, pro quantitate debiti experiantur.

Prioritas temporis quomodo æſtimetur?

*l. 10. § 1. l. 16. § pen. de pignor. arg. l. in pari cauſa 128. & ib. Petr. Fab. d. R. I. & eorum quæ S. ad th. 27. not. Bald. c. 19. Don. c. 12. Prioritatem vero temporis non ex horarum & momentorum ratione æſtimari ſed ex dierum & menſium computatione Hot. monet tit. 4 mihi pag. 80. Conan. 4. com. c. 14. n. 4. Coſtal in l. 16 de pignorib. niſi manifeſtè conſtet quod un⁹ creditorũ alterũ etiam uni⁹ horæ aut momenti ſpatio præuenerit arg. c. duob. & ib. gl. verb ſi non appareat & DD. d. reſcript. in 6. gl. in c. ſi à ſede d. præbend. eod. tit. Math. d. Affl. ſing. 399. incip. hora Dec. conſ. 159. col. fin. In dubio tamen pro poſsidente iuſtior erit præſumtio l. cum in teſtamento § 1. ib. Bl. & Angel. d. teſtamentis quæ contraria probatione demum remouebitur ut doctè explicat. Negus. d. p. 5. m. 2. n. 43. 44. 45. cum ſeq. quem vide.*

## LXXI.

Diuerſis temporibus autem ſi qui hypothecam nacti fuere potior erit qui prior *A)* accepto pignore numerauit pecuniam, *B)* ubi nihil refert: An pignus conuentionale fuerit an Prætorium *C)* Sed nec an judiciale: *D)* Num in unius eiuſdemq; generis pignoribus num vero in diuerſis creditores concurrant *E)*

A) *l. 12.*

A) *l. 12. Qui pot. in pig. l. 2. in f. 4. 7. & 8. C. Qui pot. in pign. l. 4. C. ad SC. Mand. Iniquum enim foret ſi ius quod huic iam ante quæſitum eſt in pignore, debitoris facto uel auferretur uel etiam diminueretur, arg. l. diſtractis cum l. ſeq. de pignor. l. debitorem 15. C. de pign. act. l. id quod noſtram d. R. I. c. qui prior. ub. Dyn. d. R. I. in 6. Negus p. 5. m. 2. n. 1. 2. & ſeq. Ioan. Cop. ſen. Deciſ. 28. n. 6. Ceph. conſ. 86. n. 1. & conſ. 298. n. 3. Nat. conſ. 532. n. 3. Mynſ. conſ. 9. n. 15. decad. 1. Hot. tit. 4. Conan. 4. com. c. 14. n. 4. Coſtal. in l. 16. de pign.* Qui prior tempore potior iure.

B) *Conuentio igitur de numeranda in uicem pignoris pecunia non ſufficit l. 11. l. 12. Qui pot. in pig. Sed numeratam eſſe oportet, & naturaliter quidem ut Mart. loquitur in l. 49. d. ſolut. l. 4. Quæ res pig. Hot. ad l. 3. C. Qui pot. in pig.*

C) *l. 2. & 3. Qui pot. in pig. Nam & Prætorio pignori ex Iuſt. conſtitut. hypothecaria formula accommodata eſt l. fin. C. d. prætor. pig. Sed ità demum ſi ex cauſis titulisq; diuerſis creditores ueniant arg. l. is cui § poſtq; Vt in poſ. leg. Pet. Fab. ad l. 98. d. R. I. VVeſ. & Cuiac. in par. ff. & C. Qui pot. in pig. & 5. ob. c. 30. 9. obſ. c. 37. Cæterum regulariter ubi ex eodem edicto eademq; cauſa plures agunt, qui prior in poſſeſſionem miſſus eſt, prærogatiuam nullam habet ſed æque omnibus poßidet l. is cui § ſi plures Vt leg. nomine l. cum unus 12. d. reb. auth. ind. poſſ. l. ſi finita § Si plures & § ſi ante l. Prætor ait § eius rei d. damno inf. Vnde mißionis effectus omnibus prodeſſe dicitur l. cuius effectus 148. & ib. Petr. Fab. d. R. I. & partes eius ad omnes pertinere l. Prætor § his uerbis l. creditore § fin. d. reb. auth. ind. poſſ. Ea tamen lege & conditione quam Iuſtin. præſcripſit in l. fin. C. d. bon. auth. ind. poſ. Cuiac. d. obſ. 37. Hot. tit. 4. Math. d. Matheſ. ad l. 10. C. d. bon. aut. ind. poſſ. n. 1. & ſeq. Coler. d. proc. execut. p. 1. c. 2. n. 176. p. 3. c. 12. n. 89. Negus. p. 3. m. 2. n. 10. ubi limitationes aliquot ſubijcit Io. Cop. ſen. deciſ. 28. n. 5. & 38. Mud. tit. Quæ res pig. n. 85. Fab. d. l. 98.* Qui prior in poſſeſsione miſſus eſt cæteris creditoribus potior non habetur.

D) *Nam et in hoc non qui prior ſententiam obtinuit potior eſt ſed qui prior ex cauſâ judicati pignus accepit l. ſi & jure 10. Qui pot. in pig. quia ſibi uigilauit per l. 6. § ſciendum l. pen. Quæ in fraud. cred. Vnde nec eius quod nonnulli uolunt quos notat Cuiac. d. obſ. 37. cui ex eadem cauſa debetur, ratio eſt per l. 19. & 61. d. re judicat. Saltem*

*enim poßidens præfertur l. non eſt mirum ſ ſciendun de pignor. act. Neg. p. 5. m. 2. n. 6. VVeſ. in par. Qui pot. in pig. n. 2. ſi tamen & jure fuerit judicatum d. l. ſi & jure l. 2. C. eod tit. l. ſi cum mulier d. re judic. l. 1. C. d. execut. rei judic & pignus authoritate judicis ordinarij & competentis captum l. 1. C. Si in cauſam jud. Hæc enim omnia ut concurrant requiritur, ut docet d. l. 10. & Mud. d. loc. Coler. d. proceſ. execut. p. 3. c. 12. n. 88. Neg. d. loc. n. 10 ubi referun. diſſentient.*

E) *l. 2. C. Qui pot. in pig. l. 3 C. Vt in poſſ. l. à Diuo Pio ſ quod ſi res d. re judic. Fab. ad d. l. 98. Hot. & Cuiac. d loc. Eadem enim omnium pignorum ratio eadem uis & authoritas eſt l. 2. C. d. Prætori: pign. & conſtat ex ſuperioribus.*

## LXXII.

Sed nec refert, ut prioritati locus ſit, pignus aut hypotheca contracta ſit *A)* tacitè uel expreſſè *B)* generaliter aut ſpecialiter *C)* Niſi forte primò res quædam ſpecialiter, in defectum autem cæteræ omnes generaliter obligatæ fuerint: Quoad enim illæ ſufficient ad has deuenire nullo jure creditor poterit, ſed poſterior in illis tam potior quam ſolus inuenietur, *D)* quod et omiſſa conditione illa obſeruari ita decere Impp. reſcripſerunt *E)*

A) *traditio interuenerit nec ne l. 12. ſ fin. Qui pot. in pig. Etenim quo ad juris effectum nihil differt hypotheca à pignore, § Item Seruiana 1 de Act. & fac. not. ad th. 22. Hot. d. tit. 4. Cuiac. in Rubr. C. de Iur. fiſc. Mud. t. quib. mod. pig. ſol. n. 84.*

B) *arg. l. unic. C. Rem. al. ger. l. hac edictali § omnibus & ib. Bl. col ult. C. d. ſecundis nupt. l. ſi pignus 8. & ib. DD. Qui pot. in pig. Dyn. in c. qui prior n. 12. d. R. I. in 6. Bald c. 19 Negus. p. 5. memb. 2. n. 10. Paul: d. Caſtr. conſ. 37. n. 28. & ſeq. p. 3. Fr. Burſ. conſ. 20. n. 29. Soar 3 lib. R. S. verb Dotis cauſæ n. 336.*

C) *l. qui generaliter 2 l. fin. in pr. Qui pot. in pig. l. ſi generaliter C. eod. VVeſ. & Negus. d. loc. Crau. conſ. 594 n. 1. & ſeq. conſ. 990. n. 50. Mynſ. conſ. 9. n. 16. decad. 1. Hanc rem exquiſitè tractat Io. Copus ſenior in deciſionib. q. 4. per tot.*

D) *l. 2. Qui pot. in pig. Quod rationem habet Nam & alias in toto iure generi per ſpeciem derogatur l. in toto d. R. I. l. uxorem § feliciſſimo l. ſeruis urbanis § ſi alij d. leg. 3. c. 1. extra d. reſcript. c. generi 34. d. R. I. in 6. Hot. ad l. 2. de pignor. & d. tit. 4. Huc refer. quæ ad th. 65. lit. B. notantur.* Generi per ſpeciem derogatur.

E) *l. 2. C. de pignor. l. 9. quæ ſpecialiter de pignor. Præſumitur enim in ſubſidium ſaltē cæteras res ſuas creditori generaliter obligaſſe, qui ſpecialiter certarum rerum pign9 antè contraxerit Negus. de memb. 2 n. 51. & ſeq.*

## LXXIII.

Sanè cum generalis hypotheca comprehendat tam præſentia quam futura commodè quæritur: An etiam in ijs quæ poſt ſecundam obligationem acceſſerunt jus prioritatis locum habeat? Quod magis eſt.

*per l. fin. in pr. Qui pot. in pign. Futurorum enim obligatio, ad tempus conuentionis primò initæ retrahitur. Bald. c. 19. Vnde non refert quod eâdem conditione duob. licet diuerſis temporibus hypotheca generalis conſtituta uideatur, ut exiſtente conditione demum eadem utriusq́ debeat eſſe ratio, quippe cum non exiſtentis conditionis, ſed contractæ obligationis tempus inſpiciatur: Speciale vero eſt quod de Fiſco Vlp. alibi proponit in l. ſi is qui 28. de Iur. fiſc. Hic enim cum ipſo jure in bonis ſecum contrahentis generalem hypothecam habeat, eamq́ ſtatim à tempore quo rem acquirit debitor, in concurſu q. priuatum præuertiſſe, uel in cauſa pignoris ut Vlp. loquitur, præueniſſe exiſtimatur ſ. ut eidem ea res, quæ non niſi cum ſuo onere ad debitorem peruenit, cum priuilegio prioritatis obligata eſſe dici non poſſit arg. l. 1. C. rem al. ger. Alia ratio eorum eſt quæ debitor anteq́ cum fiſco contraheret acquiſiuit: In his enim nulla Fiſco prærogatiua relinquitur. Quæ mens Scæuolæ eſt in d. l. fin. ut not. Acc. ib. quem ſequitur Cuiac. 10. obſer. c. 22. Hot. tit. 4. mihi pag. 77. Conan. lib. 4. c. 17.* Intel. l. 28. d. Iur. fiſc. & l. fin. Qui pot. in pig.

*n. 7. & 10. Cop ſen. d. loc. n 9. & 10. Diſs. Don c. 12. Sed quæ affert conſideratione potius quam approbatione digna ſunt.*

## LXXIIII.

Nec tantum priuatus tempore prior priuato, ſed & Reip. & Fiſco præfertur *A)* & uice uerſa: Eum tamen qui rem uēdidit & tradidit, uel etiam in emtionem eius credidit, ut eandem ſibi pignori haberet, quoad pretium ſolueretur, ei qui anteriorem generalem habet præferri juris authoritate comprobatur *B)*

Fiſcus cur non præferatur hypothecarijs ſed chirographarijs tantum.

A) *l. 8. ſi pignus l. fin. in pr. & § fin. Qui pot. in pig. l. ſi fundum 4. C. eod. tit. l. 3 C. d. remiſ. pign. Quod rationem habet Ius enim pignoris perſequendi reale eſt, eiq; datur meritò cui illud primo quæſitum eſt, huic enim citra iniuriam ut auferatur etiam per fiſcum fieri non poteſt per l. id quod noſtrum d. R. I. Diuerſum eſt ſi de jure exigendi debiti quæratur, In quo fiſcum chirographarijs uniuerſis præferri jura uoluerunt l. antep. & ſeq. d. reb. auth. jud. poſſ. ſ. quia perſonale eſt & perſonam quæ eodem nititur concernit: At non mirum eſt ſi priuato fiſcus qui publicam q. perſonam referre dicitur, præferatur: l. 9 C. Qui pot. in pig. Cuiac. in par. C. d priuil. Fiſc. Hot. tit. 4. & ad d. l. 9 Don. c. 12. Bald. c. 19. Diß. DD. com. per l. 2. C. d. priuil. fiſc. quos citat Ceph. conſ. 86. n. 2. & ſeq. Paul. d. Caſtr. conſ. 37. n. 13. & 42. p 3 Math. d. Math. ad l. 2. C. d. priuil. fiſc. & l. 1. C. d priuil. Dot. n. 3. Neg. p. 2. m. 4. n. 108. Schn. in § fuerat j. d. Act n. 58. & 10. Cop. ſenier deciſ. 28. n. 18. Huc refer quæ not. infr. ad th. 82. lit. E.*

B) *l. licet 7. C. Qui pot. in pig. Et hoc ratione pacti quo de pignore ſibi qui uendidit aut credidit, expreſſe proſpexit, & cauſam illius qui anteriorem hypothecam generalem habebat præuertit. cui non niſi quæ liberè per debitorem acquiſita fuerint, ex lege contractus obligata eſſe exiſtimātur: Sed qui legem rei ſuæ dicit anteq; tradat, liberè eam in accipientem transferre non dicitur l. in traditionib. d pact. l. legem C. de pact. l. qui abſenti § 1 d. acquir. poſſ. quippe cum & præſcriptis uerbis actione l. 2 C. de pact. int. emt. & uend. & ſi de pignore ſibi caueri fecit, hypothecaria eum obligatum habeat. Ceſſet igitur cauſa generalis hypothecæ quam ſpecialis præuertit. Hot. ad d. l. licet & d l. 4.*

*Cuiac. ad Affr. 8 mihi pag. 539. Gail. 2. obſ. 12. n. 4. & obſ. 25. n. 4. Mud. d. pact. pig. n. 21. Couar. 1. V. R. c. 7. n. 3. Sunt qui creditorem hoc caſu etiam doti præferri putant, quos refert Negus. p. 5. m. 2. n. 17. Io. Cop ſen. deciſ. 28. n. 26. Sed uidetur id eſſe contra rationem Auth. Quo jure C. Qui pot. in pig. & No: 97. § quia verò: nec ſatis probatur Br. in l. interdum Qui pot. in pig.*

## LXXV.

Si non purè ſed in diem *A)* uel conditionem *B)* conſtituta fuerit hypotheca, ius prioritatis non ex tempore exiſtentis conditionis ſed contractæ obligationis ſpectatur *C)* modo conditio talis fuerit, quæ inuito debitore exiſtere, & in quâ præſens ſpectari tempus poſſit. *D)*

A) *Conſtat id quod in diem debetur ſtatim deberi, licet priusquam dies uenerit peti nequeat ſ omnis 1. d. V. O. l. liber homo § decem hodiè l. centeſimus 4. l. interdum 74. l. cum qui 41. ſ 1. d. V. O. l. cedere diem: d. V. S. Vnde & jus hypothecæ non ex eo quo dies uenit ſed quo de pignore conuentum eſt, æſtimatur l. 12. ſ 2. l. 8. § amplius, ub. Cuiac. verb Qui pot. in pig. Huc refer. quæ not ad th. 45. lit. H.*

B) *Eadem ratio hypothecæ eſt ſub conditione contractæ: Vt primum enim conditio extiterit retrahitur ad tempus initi principalis contractus, & perinde habetur ac ſi hypotheca ab initio purè conſtituta fuiſſet l. 11. § 1. Qui pot. in pig. arg. l. ſi fundus § aliena de pignor. Hot. tit. 4. mihi pag. 79. & tit. 1. pag. 24. arg. l. ſub conditione d. ſolut. l. neceſſario § quod ſi pendente d. peric. et com rei uend. d. l. cedere diem & ib. God. d. V. S. Io. Cop. ſenior d. loc. n 7. & 8. Fr. Burſ. conſ. 45. n. 2.*

C) *Modo credita fuerit pecunia aut debitum purè contractum, Conuentio enim de numeranda pecunia aut debito conuentionali non ſufficit l. 1. inf. l. potior 11. in pr. Qui pot. in pig. Don. c. 12. Cuiac. tr. ad Affr. 8. mihi pag. 538.*

D) *Quod Affric notat. in l. Qui balneum ſ amplius Qui pot. in pig. Quid ſi enim debitoris uoluntati conditio relicta eſt, rectius fuerit, ſi eam non ex tempore principalis obligationis, ſed ex quo debitoris*

*uoluntate conditio impleta eſt pignus contractum exiſtimetur: Quippe cum nec obligatio antè contracta eſſe dici poſsit: ſiquidem ea iuris uinculum dicitur quo neceſsitate aſtringimur in pr. Inſt. d. Oblig. At ubi liberum debitori eſt, conditionem non implendo ab obligatione ſe liberare, nulla poteſt præſupponi neceſsitas, ergò nec obligatio, et conſequenter nec pignus, arg. c. acceſſorium d. R. I. in 6. l. cum principalis d. R. I. Itaq; nihil prohibet quin ſi alij interim pignus ſpecialiter & purè obliget debitor, potiorem illum faciat, etiamſi exiſtat conditio prout exemplo probat Caius in l potior § ſi colonus Qui pot. in pign. Cuiac d. tr. 8 mihi pag 537. Mud. tit. Quib. mod. pig. uel hyp. ſol. n. 104 & ſeq. Cæterum ſi non ex debitoris uoluntate ſed fortunæ euentu pendeat conditio, ſtatim ab initio obligatum eum uerè dicimus, & neceſsitate aſtrictum hypothecam creditori exiſtente conditione cedere, ut hypotheſi quadam Papin: oſtendit in l. 1. Qui pot. in pign. Negus p. 2. m. 4. n. 77 et p. 5. m. I n 14. Bl. No. d dot. p. 10. n 37. Et differt hactenus hypotheca conditionalis ab ea quæ in diem contracta eſt: Hæc ſtatim ſubſiſtit, ſiquidem dies certus eſt nec ſuſpenderi nec tolli poteſt creditoris arbitrio. Illa exiſtente demum conditione: quam & incertam, eſſe & retrahi quandoq; per debitorem poſſe ſatis manifeſtum eſt, arg. § illud quæſitum Inſt. d. R D. l. 5. § 1 d. acquir. rer dominino l 1. & ib. Br. d. cond & dem. l. cum ad præſens l. itaq; d. reb. cred l. ſuus quoq; d. hæred. inſtit.*

Quid differat hypotheca conditionalis ab ea quæ in diem contracta eſt.

## LXXVI.

Prædicta de prioritatis jure adeò uera ſunt, ut etſi principalis obligatio nouetur pignora tamen non nouata intelligantur, ſi modo expreſſè repetita fuerint: Creditor enim ratione primi debiti adhuc potior omnibus habetur.

*l. 3. & ib. Coſtal. l 12. § Papinianus l 20. Qui pot. in pig. Bald. c. 19. Negus p 5. m. 2. n. 13 Etenim cum non facile præſumatur per nouationem creditor ius ſuum quod in pignore habet, imminuere uoluiſſe arg. l. cum de indebito § ſin vero de probat ſi expreſſe pignora repetierit*

*tierit, proteſtatus q. de jure ſuo quod in illis habet exiſtimatur Mynſ. cent 1. obſ. 59. Bart. ſing. 209.*

## LXXVII.

Imò obtinent: ſiue principalis ſortis ſiue uſnrarum nomine agatur: *A)* In perſona quidem primi creditoris regulariter, in ſecundo autem creditore uel etiam extraneo non niſi per ſucceſsionem *B)* tum demum quando prioris obligatio quocunq; modo, uel ſolutione, uel compenſatione, uel nouatione ſublata eſt *C)* Sanè & ſecundus creditor priori, ſi ratione confirmandi ſui debiti eidem ſatisfecerit, *D)* in prærogatiua ſuccedit, *E)* etſi priori res in ſolutum â debitore data uel etiam uendita fuiſſet, *F)* ſi modò non ab alio quo piam per ſolutionem anteuerſatur: *G)* Nam & extraneus ſi priori creditori *H)* ad liberandum pignus pecuniam credat & de ſuccedendo paciſcatur, ius prioritatis nanciſcitur.

A) *l. Lucius Titius & ib. gl. & Br. l. 12. § ſciendum l. quærebatur Qui pot. in pign l 11. § 2. de pignor. act. Vſuræ enim concomitantur ſortem nec niſi hac omnimodo ſublata extinguuntur l. 41. d. Vſur. l. 26 C eod Borch. c. 7. d. Vſur. n 1. & ſeq. arg. l. 19. C. d. Vſur. l. 9. C. de ſolut. Cuiac tr. 8. ad. Affr. ad l. 39 de ſolut. Molin. d. Vſur. n. 323 At vero ut acceſsionis alia ſit ratio alia natura & qualitas quam principalis fieri non poteſt per c. acceſſorium d. R. I. in 6. l. cum principalis ff. d. R. I Negus p. 5. m. 1. n. 10. & ſeq. & m 2. n. 10. Mynſ cent 1. obſ. 59. & conſ. 15. n. 3 decad. 2. Octau. Cach deciſ. pedam. 129 n. 11. Io. Cop. ſen. deciſ. 28. n. 1. Pariſ conſ. 102. n. 8 uol. 3. Fr Burſat. conſ. 103. n. 21. Mod. Piſt. conſ. 7. n. 10. p. 2. Quod certa ratione per conſt. Elector: Sax. promulg: An 1583 § als haben wir iunct* Vſuræ ſortē concomitantur.

*uerſ.*

uerſ. Jedoch man mus ſchuldners gütter ſo weit nicht reichen *reſtringit Coler. d. proc exec. p. 1. c. 10. n. 91. cum ſeq. quem ſequitur Io. Cop. ſen. d. loc.*

B) *ſ. in locum & ius prioris creditoris: Quo pertinet tit. C. de his qui in prior cred. loc. ſuc. Hinc & prælatio quæ ſecundo creditori competit uel alij etiam extraneo dicitur ſuccedanea VVeſ. in par. Qui pot. in pig. Don. c. 13. in pr.*

C) *Nam ut principali obligatione ſublata acceſsiones liberentur, juris ratio poſtulat l. 43. d. ſolut. quod inf. ubi d. lib. pig. agetur, plurib. explicabitur: Succedit itaq; ſecundus creditor in pignore quod à primo liberatum eſt, ſ. quia idipſum eodem uinculo ſibi obſtrictum habet unde eo ipſo quod alteri de debito iam ſatisfactum eſt, confirmari & conualeſcere ius eius quod ante habuit ſed abſq; effectu, ſiquidem alius eum præceſsit, exiſtimatur l. 4. Qui pot. in pig. l. 3. & ib. gl. Quæ res pig. l. 1. & ib. Hot. C. d. his qui in prior cred. Cuiac. tr. 8. ad Afr. mihi pag. 541.*

D) *Vel ſolutione, uel ſi pecuniam debitor accipere nolit ſolenni oblatione quam ſc. conſignatio ſequatur & in publicum depoſitio l. 1. & 5. C. Qui pot. in pig. Vbi nihil refert oblatio illa priuato fiat l. 11. §. fin. l. 20. Qui pot. in pig. uel etiam Reipub. aut Fiſco l. fin. C. d. his qui in prior cred. l. 22. C. de pignor. l. Paulus 12. in pr. Quib. mod. pig. uel hyp. ſol. Vtiq; enim uim juſtæ & ueræ ſolutionis habet: l. obſignatione 9. C. de ſolut. Quod ſi oblationi conſignatio & depoſitio non accedat, poſteriori creditori illa nihilominus ad exceptionem proficit ſ. ut agentem hypothecaria priorem creditorem repellere poſsit excipiendo ſ. ſi non per eum factum ſit quo minus pecunia ſolueretur d. l. 11. § fin. l. aliena 20. de pignor. act. l. 19. Qui pot. in pig. l. 12. § 1. Quib. mod. pig. l. 5. d. diſtr. pig. Tantum igitur per exceptionem facit oblatio quantum ipſo jure efficit obſignatio & depoſitio Crauet. conſ. 298. n. 1.*

E) *dd. iurib. Mud. tit. Quib. mod. pig. uel hyp. ſol. Hot. ibid.*

F) *l. 1. & fin. C. ſi ant. cred: Quo pertinent quæ S. ad th. 62. not. Negus: etiã ad eum caſum extendit quando à judice priori creditori res ad judicata fuerit p. 5. m. 3. n. 7. & 10. quem vide.*

G) *l. 3. § 1. l. Claudius uerſ. planè Qui pot. in pig. l. 2. C. d. his qui in prior. cred. Don. c. 13. inf. Bald. c. 19.*

H) uel

H) uel etiam debitori ſi modo ad creditorem pecunia peruenerit l. 3. C. Qui in prior. cred. l. eum qui Qui pot. in pig. Eo ipſo enim quod peruenit rem à creditore emiſſe aut pignori accepiſſe uidetur l. 1. & 3. C. d. his qui in prior cred. l. ſi debitor 4. l. 12 § à Titio. Qui pot. in pig. Itaq; & creditor cedere eidem ius pignoris omnino tenetur, atq; adeo ipſam rem ſi poßidet arg. l. 13. d diſtract. pign. Petr. Fab. in l. Qui in ius d. R. I. quippe cum retinendæ illius cauſam legitimam amplius non habeat l. 43. d ſolut. l. cum principalis d. R. I. arg. l. 19. Qui pot. in pig. Hot. d. tit. 4. Mud. d. t. Quib. mod. pig. n. 78. in f.

I) d. l. 3. Quæ res pig. l. 1. C. de his qui in prior. cred. l. 12 § à Titio Qui pot. in pign. Quod rationem habet Etenim ut citrà expreſſam conuentionem extra caſus Lege definitos, jus alicui in re conſtituatur, fieri non poteſt per ea quæ S. ad mat. tac. pig. paßim not. & tradit Cravet: conſ. 692. n. 2 & conſ. 172. n. 2. Bl. in l. 2. C. In quib. cauſis pig. tac. contr. hoc præſertim caſu ubi & præiudicium tertij uertitur arg. l. cum quidam d. lib. & poſth. c. cum odia d. R. I. in 6. ſecundi ſc. creditoris: quem aliàs eo ipſo quo de pignore ſatis factum priori eſt eidem in prærogatiua ſuccedere conſtat, ex ijs quæ paulo ante dicta ſunt per l. 3. & ib. gl. Quæ res pig. d. l. 1. Hot. Don. & Cuiac. d. loc. Diß. Mud. tit. Quib. mod. pig. n. 78.

## LXXVIII.

Is vero qui ſuccedit prærogatiuam non in ea quantitate tantum quam debitori credidit, ſed etiam in eâ totâ quam priori perſoluit habet *A)* Imò tam in ſorte quam in uſuris non tamen illicitis aut uſurarum uſuris *B)* Sed & ius uendendi pignoris ſi prior habeat nanciſcitur, etſi ipſe prius non habuerit *C)* unde conſtat: Quam uerè dictum ſit Hypothecam in quam poſterior ſuccedit eandem omnino eſſe cum hypotheca prioris *D)*

A) l. cum ſecundus l. 12 § ſciendum Qui pot. in pig. l. 8. C. eod. tit. l. 22. C. de pignor. Ius enim ſucceſſoris ex jure anteceſſoris ut metiamur ratio ſuadet per l. inuitus § 2 l. qui in ius & ib. Fab. d. R. I. fac. not. ad th. 51 lit. C. Molin. d. V. jur. q. 46. n. 349. Io. — Ius ſucceſſoris ex iure anteceſſoris æſtimatur.

*Cop. ſen. deciſ. 28. n. 37. Negus p 5. m. 2. n. 37. Men. lib. 3. præſumt. c. 121. per tot.*

Pignus in uſurarum uſuras non tenetur.

B) *l ſolutum 11 § 2: de pignor. act. d. l. 12. § ſciendum: Itaque in uſurarum quas primo creditori ſoluit uſuras pignus amplius obſtrictum non habet, ſiquidem ut Iuriſconſultus inquit, non alterius ſed ſuum ipſius negotium geſſit. Sanè conſtat: eum qui alterius gerit negotium uel ex mandato eius ſortem uel uſuras pro eodem ſoluit, ex utriſque nouam ſortem conflare & conſtituere poſſe, tantoque fœcundiores & ampliores uſuras ex tẽpore moræ reddere l. atquin natura 19. § non tantum ſortem uerſ. contra quoque de neg. geſt. l. ſi vero non remunerandi § ſi mihi mandauerit l. idemque § 1. Mand. l. 3. C. d. neg. geſt. At ſecundo creditori minimè hoc concedendum fuerit, quippe cum non debitoris ille ſed ſuum gerat negotium ſ. ut pignoris ſui cauſam confirmet, & in illud ipſum jus quod prior habuit ſuccedat, non in melius deteriusue. Atqui prior ille uſuras illicitas exigere non potuiſſet d l. ſolutum § 2. ergo nec ipſe poterit, ne ceſſionario plus juris detur, quam ille qui ceſſit habuit arg. d. l. qui in ius & d. l. inuitus Mud. d. ſol. pig. n. 78. Hot d. l. 22. in f. Molin. d loc.*

C) *Sæpius enim hoc accidit inquit Iuriſconſultus in l. 3. in f. Quæ res pig. ut quod quis ex ſuâ perſona non habet, id per extraneum petere poſſit Cuiac. tr. ad Affr. 8. mihi pag. 541. Hot. ad l. 1. C. Qui pot. in pig. Dyn. in c. poteſt quis d. R. I. in 6.*

D) *Mud d. loc. n. 76. & Molin. d. n. 349. Vnde Filium emancipatum qui pro patre pecuniam fiſco exoluit in locum atque adeò in priuilegium eius ſucceſſiſſe Anton: reſcripſit in l. 3. C. d. his qui in prior. Cuiac. in par. C. d. priuil. fiſc. Hot. d. tit. 4. Diſſ. Accurſ. in d. l. 3.*

## LXXIX.

De prioritate ex iure ſingulari.

Deinceps de prioritate, quæ ex jure ſingulari competit agendum: Hæc priuilegiaria dicitur, nec tam ex tempore quam ex cauſa æſtimatur A) Itaque ſi cauſa eſt fauorabilis & priuilegio quodam munita, eius ratione ſæpius qui poſterior tempore eſt priori antefertur: In primis vero is qui militiæ emendæ cauſa pecuniam credidit

didit hoc pacto ut caſu proueniente ſolus eſſet *B)* Et qui ſeruum poſt oppignorationem ab hoſtibus captum redemit *C)* quibus accedunt illi quorum pecunia res obligata refecta eſt quippe cum ſaluam fecerint totius pignoris cauſam ut Vlp. ait *D)*

*A) l. 32 de reb. auth. iud. poſsid. Cuiac. in par. C. d. priuil. fiſc. P. Fab. in l. quoties d. R. I. n. 2 Hot. tit. 4. Itaq; priuilegiarij ſi eiuſdem tituli fuerint, concurrunt licet diuerſitas quædam temporis inter eos fuerit, quod exemplo Depoſitariorum Vlp. manifeſtum facit in l. ſi hominem 7. Depoſ. P. Vand. d. priuil. cred. c. 2. in f. fere Bald. c. 19.*

B) *Quem omnib. omnino creditorib. atq; etiam Mulieri in cauſa dotis præferri Imp. uoluit in Auth. Quo iure iunct. l. præced. C. Qui pot in pig. & No. 97. § Quia vero, ubi vide Cuiac: Tum quia in cauſam fauorabilem pecuniam erogauit, tum quia de pignore ſibi expreſſè ſcripturâ interueniente & teſtium ſubſcriptione caueri fecit: Sic & alium creditorem qui de hypotheca rei ex pecunia ſua comparatæ ſibi proſpexit. antiquiorib. hypothecarijs præferri S. diximus ad th. 74.*

C) *Eousq; enim ſeruum tacitè pignoris uinculo nexum retinet, donec ſibi de pretio redemtionis ſatisfiat l. 43. d. leg. 1. l. 2. C. d. capt. & poſt: reuer. l. qui teſtamento 20. § 1. d. teſtamentis: Quod ſi anterior creditor exoluat pretium, ſeruum ille tam in hoc quam in debito priori obligatum habet l. 12 § ſi pignori d. capt. & poſtl. reuer: arg. l. 15. eod tit. Hot d. t. 4 Bald c. 19.*

D) *in l. 6. Qui pot in pig. Innuit nimirum Vlp ſummæ illud æquitatis fore ut prærogatiuâ quadã dignetur ille qui in conſeruationẽ pignoris, quod interitum minari uidebatur, credidit Br. & dd in d. l. interdum Gail. 2. obſ 12. n. 4. Mynſ. obſ 60 cent. 1. ſc. ne officij ſui iacturam faciat l. 7 Quemadmodum teſt. ap. l. 61. § quod vero de furt. l. 15 Mand l. 29. Ex quibus cauſis maio: Nam ut nocere alijs non debemus ita prodeſſe natura cogimur ſi modo id ſine noſtro incommodo & fortunæ læſione fiat. Quare etiam Doti eum meritò præferri dixeris arg. l. ubi adhuc vero qui non potiora iura C. d. Iur. dot.*

Num doti præferatur qui in refectionem rei obligatæ credidit?

d. No. 97. § his conſequens iunc. l. 7. Qui pot. in pignor. adeo enim fauorabilis eius cauſa eſt, ut aliorum fauorem quicunq; tandem fuerit, meritò excludat Diß. gl. d. § his conſequens Br. in d. l. interdum 6. Qui pot. in pig. Burſ. conſ. 56. n. 13. vide Neg. p. 5. m. 2. n. 36. Sed quid? Si plus creditum eſt, quam requireret rei conſeruatio? Alc. ad d. l. creditor d. reb. cred. etiam in eo quod plus eſt priuilegio locum fore exiſtimat: Cæterum non facilè inuenirentur, qui pecuniam in refectionem crederent, quod uel in utilitatis publicæ præiudicium caderet, Vand. d. priuil. cred. c. 8. Sanè extincta re ipſum quoq; priuilegium extingui probabile eſt: per l. ſicut Quib. mod. pig. Vand. d. loc. Mud. tit. Quib. mod. pig. uel hyp. ſol. n. 95.

## LXXX.

De fauore & priuilegio Dotis.

Succedit Mulier in cauſâ Dotis *A)* eiusq; augmento *B)* non etiam donationis propter nuptias *C)* ut nec Paraphernalium *D)*

A) *Cauſam Dotis fauore in primis dignam judicarunt ueteres, ſi quidem publicè intereſſet dotem mulierib. ad procreandam ſuſtentandamq; Sobolem & replendā liberis ciuitatē conſeruari ut Pomp. ſcribit in l. 1. ſol. matr. & Paulus in l. 1. & 2. d. jur. dot. Hinc tot conſeruandæ Doti, tot repetendæ et reſtituendæ introducta ſunt remedia de quib. in l. unic. C. d. rei ux. act. l. ubi l. in reb. C. d. Iur. dot. § 1. Inſt. Quib. al. licet uel non No. 97. & 109. l. 5. § 5. C. ad L. Iul. maieſt. l. 2. C. ne ux. pro mar. l. fin. C. ad SCtum. Vell. Gail. 2. obſ. 86. Vaud. 2. q. 10. Schn. in § fuerat Inſt. de Act. Bl. Nou. tr. d. pr. Dot. Pard. Prat. ad L. Iul. d. fundo dotali in pr. ut S. etiam ad th. 9. & 26. monuimus, Quorum & hoc ipſum præcipuum unum eſt quod in repetitione eiuſdem, omnib. creditorib. etiam illis qui anterioris temporis priuilegio muniti eſſent, præferri mulierem uoluerit Iuſt. in l. aßiduis C. Qui pot. in pig. d. l. ubi & l. in reb. & d. No. 97. Iniquum enim exiſtimauit creditoribus mariti ex mulieris ſubſtantia ſatisfieri: Abſurdum verò etiam fornicantib. mulierib. ex proprio corpore quæſtum aduenire unde uiuant, eum autem denegari illis qui non tam corpus ſuum quam ſubſtantiam marito crediderunt § his conſequens d. No. 97. Proinde conſtat. Mulieri tantum non etiam ſponſæ prærogatiuā in hypotheca concedere Imp. uoluiſſe:*

An ſponſæ prærogatiua in dote concedatur

Cæterum

*Cæterum non ità ſimpliciter in eiuſmodi rationibus quæ matrimonium concomitari ſolent ſe fundaſſet: Sed & ſi generalius aliquanto locutus eſſet: ecquænam ratio ſponſam includeret, cuius nulla omnino fit mentio cum certum ſit: ea quæ ex ſingulari priuilegio contra juris rationem introducuntur ad conſequentiam non trahi l. quod uero cum ll. ſeq. d. ll. arg. Auth. quas actiones C. d. S. S. eccleſis Neg. 2. p. m. 4. n. 102. Acquieſcat igitur ſponſa priuilegio quod inter perſonales creditores habet cuius meminit Hermog. in l. quæſitum eſt § ſi ſponſa d. priuil. cred. l. ſi ſponſa dotem & ib. gl. d. Iur. dot. gl. & Br. in d. l. quæſitum Dyn. in l. eos C. Qui pot. in pig. Negus. d. loc. n. 71. Gomeſ. in § fuerat inſt. de action. n. 39. Bl. Nov. de dote p. 10. n. 31. Io. Cop. ſenior deciſ. 28. n. 42.*

B) *Modo non fraus quædam ſubeſſe intelligatur: Aduertendum itaq; fuerit, num maritus ære alieno laboret, an minus: Hoc caſu augmentum ſi fiat ſuſtinetur d. No. 97. in pr. l. pen. C. d. donat. ante nup. § eſt & aliud inſt. d. donat. & priuilegio locus relinquitur d. Nou. 97. l. etiam C. de jur. dot. l. inter ſocerum § cum inter de pact. dotal. l. 4. de jur. dot. Ias. in rubr. ſol. matr. in fin. Ang. in § fuerat. inſt. de action. Menoch. conſ. 93. n. 13. lib. 1. Burſ. conſ. 120. n. 4. Decian. conſ. 11. n. 24. vol. 1. Natt. conſ. 253. n. 4. & 7. Illo non utiq; niſi immobilibus dos augeatur: Mobilib. enim multa per fraudem in creditorum præiudicium affingi & adumbrari poſſe conſtat. Auth. ſed iam neceſſe C. de donat. ant. nup. Camp. de dote p. 1. q. 77. Guib. de dote c. ult. n. 192. Cuiac. ad d. No. 97. Vid. Paul. de Caſtro conſ. 37. n. 2. & ſeq. conſ. 40. p. 3. ubi plenius hunc articulum perſequitur.*

Quatenus in augmento dotis priuilegio locus ſit.

C) *Non enim pro lucro captando, ſed ne damnum patiantur fauere mulierib. Imp. uoluit ut ipſe indicat in d. l. fin. C. Qui pot. in pig. Gomeſ. d. § fuerat n. 39. & ſeq. & Plat. n. 8. VVeſ. conſ. 49. n. 9. Fr. Burſ. conſ. 120. n. 23. Hot. & Cuiac. d. loc. Bl. No. de tot. p. 10. n. 30. Diſſ. Ias. in § fuerat j. de Actio: n. 40. & ib. Ang. per text. l. ubi ad huc C. d. Iur. dot. vide Negus: p. 2. m. 4. n. 64. qui diſtinctione utitur quam VVeſ. d. loc. Schn. d. § fuerat & omnes penè ſequuntur In dotalitio tamen morib. Saxon. aliud obſeruari docet conſt. 28. p. 1. & VVeſenb. conſ. 50. n. 27. Io. Cop. ſenior deciſ. 28. n. 22.*

D) *Sunt enim extra Dotem, eiusq; cauſam: Mynſ. cent. 5. obſ. 4. & cent. 6. obſ. 45. Gail. 2. obſ. c. 82. n. 3. VVeſ. conſ. 12. n. 23.*

*Schn. d § fuerat n. 35. Philip Dec. conſ. 521. n. 3. Io. Cop. d. deciſ. 28. n. 3. & 33.*

## LXXXI.

Hoc controuerſum eſt: An uigore hypothecæ tacitæ Mulier ijs tantum qui conſimili jure nituntur, an alijs etiam expreſſam hypothecam anteriorem habentibus præferatur? Quod poſterius ueritati juris omninò conſentaneum eſt; *A*) etſi prius communiter magis placuerit *B*)

A) *Namq; conſtat Imp. in d. l. in rebus & d. l. aſsiduis C. Qui pot. in pig. & No. 109 generaliter loqui, nec tantum de illis creditorib. qui tacita hypotheca nituntur, ſed de omnib. omninò diſponere uoluiſſe. Itaq; & rationes ſuæ diſpoſitionis ſubijcit eiuſmodi quib. & expreſſas & tacitas hypothecas remoueat, ut conſpicuum eſt & not. Vac. â Vac. 6. declar. c. 29. n. 7. & 10. Quorſum vero illud, generalem locutionem ad ſpecialem reſtringere, & quæ proferuntur indiſtinctè, diſtinctè accipere, præſertim quando nulla ſubeſt æquitatis ratio, nec de ipſa diſponentis mente dubitare licet, arg. l. de pretio de publ. in rem act. l. 1. § generaliter d. legat. præſt. c. ad audientiã ext. de decim: Accedit quod No 97. § his conſequens, mulierem Imp. etiam illi præferat, qui in rem emendam aut conſeruandam credidit, ſibiq; de hypotheca expreſſè proſpexit, ſecundum l. quamuis C. de pignoribus quem tamen ipſum alijs creditorib. potiorem, fore aſſerit & alibi probat l. licet C. Qui pot. in pig. Tantò, magis igitur & mulier potior fuerit per regulam juris ſi uinco uincentem te multò magis te l. de acceſsionib. de diuerſ. & temp. præſcript. Vſyl. in § fuerat inſt. d. Act. n. 55. Oldrad. conſ. 198 Fulgos: in l. Claudius Qui pot. in pign.*

B) *Ex opinione quadam æquitatis: cui ut colorem affingant: Tacitam hypothecam aiunt cum lege detur, eiuſdem legis uoluntate auferri facilè uel etiam minui poſſe: Iniquum autem foret, ſi ius creditori prouidentiâ ſua quæſitũ ſimul præcluderetur, cum præſertim dicere ſoleamus ius uigilantib. ſcriptum eſſe l. pupillus Quæ in fraud. cred. Quaſi vero eius quod facto hominis quæritur, quam quod beneficio legis*

indulge-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0112-3

indulgetur maior eſſe debeat ratio: Certè conſtat quò ad iuris effectum tacitam hypothecam ab expreſſâ nihil differre l. 8. § fin Qui pot in pig. & not. S. ad. th. 72. arg. l. unic. C rem al. ger, Quod ſi differre uideatur id non hypothecæ eſſe, Sed cauſæ ex quâ oritur, quam nunc perſonæ intuitu nunc ratione utilitatis publicæ, prærogatiua lex dignari uoluit: Sic itaq; & hypothecam quæ ex cauſa Dotis deſcendit præcipuam omnibus Imp. fecit, tum ut mulierum infirmitati conſuleret, nec pateretur res eorum improbitate & luxuria maritorum penitus abſumi, tum ut utilitati publicæ ſatisfaceret quæ uult dotatas eſſe mulieres & ſuas illis dotes inprimis conſeruari l. 1. ſol. matrimonio l. intereſt d. bon. auth ind. poſſ. l. 1. & 2. d. Iur. dot. Quæ certè ſummam æquitatem referunt, imò obtinent, ſiue de illis quæratur, qui expreſſa hypotheca ſiue de illis qui tacita muniti ſunt: Eadem enim omnium ratio eſt, quò ad dotis quantitatem, quam et alias ut jure quodam creditores ſibi aſſcribere poſſint tantum abeſt, ut neq; cum effectu illis ex facto mariti obligari potuerit § 1. Inſt Quib. al. licet uel non l. Iulianus & t. tt d fund. dot. Vxor eſt
l. unic. § & cum lex d. rei uxor: act. & S. not. ad th. 32. lit. F. domina
tanquam aliena & in dominio uxoris conſtituta per tex. l. in rebus C. dotis.
de jur. dot. l. ſi conſtante ſol. matr l quamuis de jur. dot. Vid. Cuiac. 10 obſ. 32. Borch in § per traditionem Inſt. d. R. D. Rob. 3. ſentent. c. 18 Vaud. 2. q. c. 3 & alios, quò & in ipſa l aſsiduis in pr. reſpicere Imper. videtur, Ecquænam igitur æquitas eſt quâ communis opinio nititur? nulla profecto, ne umbra quidem æquitatis, aut ſi qua eſt, ea per contrariam æquitatem quæ publicum intuetur commodum & multò fortior, eſt penitus abſorbetur arg l. bona fides Depoſ. Auth. res quæ C. com. d. leg. l. unic. § fin. C d. cad. toll l ius publicum d. pact. & d. R. I. l. utilitas C. d. primip. lib. 12. l. actione § Labeo Proſocio Vac. d. loc. n. 3. Sed præterea communem opinionem Don. c. 12 in f. & ad d. l. aßiduis ſecutꝰ Dynũ ad § fuerat Inſt. d. Actio. n. 16. firmare conatur ex eo quod Imp. in l. aßiduis mulierẽ præferat, illis creditorib qui anterioris temporis priuilegio muniti ſunt: Hinc ità colligit: ſi qui priuilegio hypothecæ ex legis beneficio utuntur ſaltẽ poſtponuntur, alia ratio eorũ fuerit, qui ſuo jure hypothecam habẽt: Probabilis certe conſecutio: Loquitur Imp. de priuilegio temporis, quod ad priuilegium hypothecæ ille reſtringit, ac ſi priuilegia non magis ex cauſa quam ex tempore æſtimentur l.

22. d. reb.

*de reb auth. jud. poſſ Quod ſi de priuilegiarijs ſaltem credidditorib. exaudiamus, quorſum generalia uerba quibus utitur? quando inquit, Mulierem potiora jura habituram aduerſus omnes creditores etiam priuilegio temporis munitos h. e. eos, qui priores tempore fuerint, quos alibi in d. l. in reb ſimpliciter anteriores dicit. Quod deniq; ex l. ubi adhuc C. de Iur dot. extruitur explicandum eſt per ll concordantes d l. Aßiduis & d. l. in reb. ut monet: Guib. tr. d. dot c ult n. 11. & Bronch. cent. 2. ἐναντιοφ aſſ 19. in f. Conſtat igitur nec textu nec ratione com. opinionem tueri poſſe, unde rectius contrariæ ſubſcripſerimus tanquam ueriori & æquiori, quam Martini ueteris gloſſatoris eſſe probat gl. in d. l aß duis verb anterioris temporis, cui amplius ſuffragantur ultramontani communiter teſte Gomeſ in § fuerat n 27. & Schn. ibid. n. 57. Negus p. 2. m. 4. n 100. Vac à Vac. d. loc. Mud t. d. ſol. pig. n. 97 Rob. 3. animad c 14. Guib. d. loc. Bl. No d. dot. p 10. Cuiac. in par. C d. priuil dot. Petr. Vand d. priuil cred. c. 4. Vaud. 1 quæſt. 21. Borch in § actionum I. d. Act. Soar. th R. S lit D n 305 Fachin: 3. contr. Iur: c. 99. Mynſ cent. 4. obſ. 13 & in § fuerat n. 12 & 13. Inſt; d. Act & ibid Anton. Vſyl; n. 55 & ſeq: Diß DD: com: poſt Bulg: & gl. in d. l. aßiduis & d. § fuerat n. 4. Coraſ. in l qui liberos d. rit. nupt. Hot. tit. 4. Col. d. proc exec: p. 1. c 2. n: 189. Couar: V. R. 1. c. 7. Negus: p 2 m 4 n. 98: cum ſeq & 5 p: m: 2 n. 17. Gail 2. obſ 25 n. 10 Schn. d § fuerat n. 52 & ſeq. Pariſ. conſ. 102 n. 5 & 6. uol. 3 Paul d Caſtr. conſ. 37 n 11 ſeq. & p 3. VVeſ in par Qui pot. in pig. n 3 & conſ. 50 n. 24 Schurff conſ 22 cent 1 Göed conſ 100 n. 3 Eberh in loc. à Fiſco ad dotem n 2. & alij plures ſed contrà rationem juris, quod ipſos ex ueterib nonnullos ingenuè profeſſos eſſe teſtatur conſtit. Sax 7 p 3 in manuſcript.*

## LXXXII.

Dotem vero numeratam eſſe oportet *A)* cæterum priuilegio locus haud fuerit, ut neq; ſi mulier ſit hæretica *B)* aut cauſa Primipili *C)* aut hæredum uertatur *D)* Sed nec ſi cum fiſco concurrat Mulier priuilegio fruetur quippe locus regulæ erit. Qui prior tempore potior jure *E)*

A) *d. l.*

A) d. l. aſsiduis verbo ſi tamen reipſa fuerint parti mariti datæ: Vnde non ſufficiet dicere cautam uel confeſſatam eſſe l. ſi ex cautione C. d. non num pec. Bl. No. d. p. 10 n. 7. Rog. d. Dote c. 5. n. 29. cum ſeq. Gail. 2 obſ. 81 n. 2. & ſeq. Col. d. proc. execut. par. 3. c. 1. n. 103. cum ſeq. Math. d Math. ad l. unic. C. d priuileg. dot. n. 6. Etiamſi uel iureiurando confeſsionem ſuam maritus firmauerit, uel non numeratæ dotis exceptioni renunciauerit Guib. d. dot. c ult. n. 14. Plat. ad d. § fuerat n 9. & ib. Ant. Vſyl. n. 58. & ſeq. & Schn. n 65. & ſeq. Negus. p 2. m. 4 n. 76. & ſeq Creditoribus enim præiudicio non erit arg. l. ſi unus § ante omnia & l. fin. de pact. t. tt. C. Res int. al. act. Schurff. conſ. 22. n. 3. cent 1. Col. d. loc. n. 107. Pariſ. conſ. 102. n. 15. uol. 3. Paul. d. Caſtr. conſ. 37. n. 18. et 24. p. 3 Men. conſ. 720. n. 4. 5 & ſeq. & latè tr. de præſumt. lib. 3. c. 12. & ſeq. per tot. niſi & ipſi ſola literarum cautione nitantur arg l. in ambiguis d. Iur. dot. Mynſ. cent. 1. obſ 61. Vand. d. priuil. cred. c. 4. Schn. d. loc. n. 67. d. conſt. Sax. 7. vid. VVeſenb. conſ. 49. n 3 & Bl Nouel. tract. de dote p 10. n. 12 ubi aliquot exceptionib. hanc concluſionem noſtram declarant, adde Ioan. Camp. de dote p. 1. q. 52. 53. & 54. & q. 93. Hyp. de Marſ. ſing. 324. Ioan. Cop. ſenior. deciſ 28 n. 31. Sed numerationem reuerâ & naturaliter ut Iuriſconſultus loquitur in l ſolutam de ſolut. interceſsiſſe requiritur, l: 1 C. d dot caut. non num: Mud. tit pro quib. oblig. n. 9. & de ſolut. pign n. 98. & 99. Quæ ipſa cum facti ſit probanda mulieri omninò fuerit. Alex conſ. 142. Iaſ. in l. ſi conſtante n. 219. Sol. matrimonio & in Auth præterea n. 12 C. Vnd uir & ux. Bl. No. d. loc. n. 11 Schn. VVeſ. & Gail d. loc. n. 3. V. Couar. 1. reſol. c. 7. n. 4. & ſeq V. Tib Dec. conſ. 49. uol. 2. in quo de probatione dotis plurib. agit & conſ. 32. n. 93. uol. eod.

Confeſsio mariti de dote numerata priuilegio locum non facit.

B) No. 109 Adeò ueterib. conſtitutionibus odioſa fuit omnis hæreſis, ut pollutum ea, ſiquidem Deo inimicus eſſet, nec beneficio aut fauore dignum, adeoq́; nec munerib. publicis fungi uoluerint ut Cuiac not. ad d. No.

C) Etenim Fiſcus ſi Primipilum habeat obnoxium non tàm bona illius propria quam dotalia in ſubſidium obligata habet l 4. C. In quib. cauſis pig. l. pen. C. de primipilo. lib. 12. Cui in parat. C. de priuil. dot. Couar. V. R. lib. 1. c. 16 n. 7. Guib. de dot. c. ult. n. 7. Summa ratione, ſi

*quidem adeò interſit Reip. ſua militib9. præmia ſeruari & merita, quorum interuerſio ſummas ſæpè animorum & corporum remiſsiones in militibus efficere ſoleat Don. c. 4. Primipilum autem legionis principem fuiſſe ſupremum, & militaris annonæ curam egiſſe, ipſæ etiam legionis præmia accepiſſe teſtis eſt Victru. de re mil lib. 2. cap. 8. Prat. in in lex verbo primipilus Bald. c. 7. v. Couar. 1 V. R. c. 16. n. 7 Ioan. Cop. ſenior. deciſ. 28. n. 17. Menoch. de præſump. lib. 2, c. 72, n. 25. Cuiac. in tt. C. de cohort. lib. 12.*

Primipilus quis?

D) *Lun. C. de priuil dot § fuerat I. de act. Vnde conſtat priuilegium illud prælationis fauorem dotis ex conſequenti, at perſonā mulieris principaliter concernere, quippe cum extra perſonam mulieris nullam eius rationem Imp. haberi uoluerit Quod ipſum tamen in filijs eiuſdem matrimonij à quo dos proficiſcitur et cæteris deſcendentibus reſtringit gl in d. § fuerat verbo cum ipſa, & ad d l. aſsiduis verbo exceptis, & utrobiq; Dd. quibus non hæreditario ſed filiationis jure prælationem competere aſſerunt ſatis probabiliter per text. expreſ. § 1. & 2. Nov. 91. junct. l. aſsiduis § in præſenti C. qui pot in pig & rationem l. maritum ff. ſolut. matr. junct. l. etiam eod. tt adde gl in d. l. un Iaſ. in d. § fuerat n. 94. & ibi Schneid n. 68 Corraſ. n. 7. Gomeſ. n. 34. qui tamen n. 36. & ſeq hoc ipſum ad quoſcunq; hæredes extendi maluit, cui correſpondet Ceph. conſ. 98. n. 31. vid. Matt. de Math. ad d. l. un. C. de priuil dot. n. 4. 5 & ſeq. Negus p. 2. m. 4. n 94. cum ſeq.*

An priuilegium dotis ad hæredes tranſeat?

E) *l. 7. C. de priuil. fiſ. Br. in l. 1. ff. ſol matr. Io. Cop. ſenior. d. deciſ. 28. n 30. fiſcus itaq; jure communi perpetuo utitur ſiue cum priuilegiario concurrat, ſiue cum alio quolibet creditore hypothecario l. 8. & final qui pot. in pign. Sed in priuilegiario hoc caſu ſingularem rationem habet, ex regula juris, qua priuilegarius ſi concurrat cum priuilegiario non ſingulari ſed jure communi uti dicitur l. uerum § item quæritur ff. de minor l. ſed & milites ff. de excuſat tut. gl. in l. un. C. de priuil dot. Guib. de dote cap. ult n. 7. Philip. Dec conſ. 221. n. 3. Menoch conſ. 52 n. 41. & conſ 242. n. 18. conſ. 680. n 38. conſ. 764. n. 8. Io. Ceph. conſ. 116. n. 1. Vander. c. 1. de priuil cred. in fine ferè; inde*

*non extruitur quod Dd volunt fiſcum & mulierem in priuilegio hypothecæ tcaitæ pari paſſu ambulare Negus & Schneid. dd locis refragatur enim manifeſta juris ratio quæ fiſcum in pignore ſaltem jure priuati æſtimat d. l. 8. & finali l ſi is qui 28. ff. de jur. fiſ. fac. notata ad theſ. 73. & 74. Vander. d. c. 1. Cuia. in par C. de priuil. fiſ. & dot. & in mercat. lib. 3. cap. 14. Hotom. tt. 4. pag 81. Bald. c. 19. vid. Gail. 2. obſ 86 Couar. V. R lib. 1. cap. 16 n. 1. & 6. Gomeſ in § fuerat I. de act. n. 29. Menoch. d conſ. 242. n. 9. Roland à Vall. conſ 31. n. 44. uol. 1. Quæ de fiſco notauimus eadem obtinent illo caſu quo de dote prioris matrimonij agitur, in concurſu enim dos prior excludit poſteriorem d. l aßiduis § in præſenti autem & d. § 1. & 2 Nouel 97. Negus p. 5. m. 2. n 12. Schneid d. § fuerat n 71. niſi ex ipſis rebus poſterioris dotis aliquid ſuper eſſet Auth. ſi quid ex rebus C. qui pot. in pig. d. § 1. & 2. Negus p. 2. m. 4. n. 96 Schneid. d loco Bald. Nouel. d. p 10. n. 28. Eadem obtinere videntur in re ex pecunia pupilli comparata per l. idemq; juris Qui pot. in pign. Negus p. 5. m. 1. n. 39 & m. 2. n. 19.*

## LXXXIII.

Deniq; & Depoſitarius in re depoſita *A*) & is qui in funerum impenſas credidit *B*) ſumtusq; in defuncti ualetudinem factos perſoluit *C*) licet tempore poſterior ſit alijs creditoribus antefertur.

*A) tanquam ſui dominij: quæ nec facto debitoris nec alterius cuiusq; auferri eidem potuit per l. id quod noſtrum d. R. I. Ex quo non tantum priuilegiarijs, ſed & hypothecarijs creditoribus præfertur meritò argumento l. bona fides Depoſ: Illi enim ut in re aliena ſibi quid juris uendicent tantum abeſt, ut ſi eam apprehenderint jure dominij auocari poßit l ſi hominem § quoties Depoſ l. ſi uentri 24 § in bonis d reb. auth jnd. poſ. Io. Cop ſen. deciſ. 28. n. 3. Sed & doti depoſitarium præferri Vand exiſtimat. 1. q. 21. per text. l. is cui § ſi depoſita res ut in poſſes leg Io. Cop. ſen d loco Dißr. Accurſ. in d. § quoties.* Num doti depoſitarius præferatur.

*B) per text. l 45 d. rel. & ſumt. fun. Ita fiet inquit Iurisc in l. 2. § 2, eod. tit. ne corpora iaceant inſepulta & de alieno quis funeretur*

*Hinc nata eſt actio funeraria, quã recuperandi illius nomine qui funeris cauſa ſumtus factus erit, Prætor conceßiſſe dicitur l. 12. § Prætor ait d t.* Num ſumtus funebres doti præferantur? *Sunt tamen qui chirographarijs ſaltem præferri eum qui funeris cauſa quid credidit contendunt quib. etiam Vand. aſtipulatur c 3. d priuil cred Sed æquius eſt dicere quod & hypothecarijs præferatur, ex ratione ſ. edicti & l. 14. eod. tit Hot. tit. 4. pag. 75. & 81 VVeſ. in par d. t. De dote quid ſtatuendum ſit explicat Negus p. 5. m 2. n 28. Vand d c. 4. adde Bl. No. d. p. 10. n. 29. Ioan. Cop ſen. deciſ. 28. n. 15.*

C) *Quorum eadem cum impenſis funerarijs haberi ſolet ratio l. 4. C. de pet. hær. etiam Iure, Sax:* Landrecht *art. 21. gl. art. 6. n. 2. lib. 1. VVeſ. in par d. l. in f. Si modò fuerint mediocres per text. l. etſi quid § quid ergo ſ. & l. funeris 37. d. rel. & ſumt. fun. 10, Cop ſen. d. loc. n. 16.*

## LXXXIIII.

De creditoribus in actione perſonali priuilegiatis.

Poſt hypothecarios creditores ſuccedunt, qui perſonale tantum ius habent: Inprimis autem Priuilegiarij qui crediti ſui cauſam â lege priuilegiatam habent *A)* Ex quibus principem locum ſibi Fiſcus uendicat quem Chirographarijs uniuerſis *B)* hypothecarijs tantum poſterioribus anteferri manifeſtum eſt *C)*

A) *De quibus agitur in tit. d. priuil. cred. Eorumq́ alibi Iuriſconſulti meminerunt in l. 3 Quod cum eo l. 52. de pecul. l. 25. Si cert. pet l. 1. d. ceſs. bon. Borch de pact. c. 5. n 21. Et hi quidem priuilegiũ exigendi perſonale uel* πρωτοπραξίας *ut Plin. uult. habere dicuntur cuius ui cæteris creditorib in auferendâ pecuniâ ſibi debita præferuntur d l. 25. l. ſi ſponſa d. Iur. Dot. Cuiac. in par. C. d. priuil fiſc. v. Conan. 4 com. c. 14. & c 13. ub. d. hoc iure* πρωτοπραξίας *plurib. diſputat cui adde Petr. Vand. d priuil cred. c. 2. per tot. Vnde & illorum ſtatim poſt hypothecarios habetur ratio l. 6. C d. bon. auth. jud.: poſſid. l: 9. C Qui pot. in pign. Mynſ. conſ. conſ. 9. n. 17. decad. 1. Io Cop. ſen. deciſ. 28. n. 39.*

B) *tum uigore hypothecæ tacitæ, quam ei lex conceſsit ut S. dictum eſt, ad th. 5. tum ex ſingulari fauore quo eum ll. dignari uoluerunt præ alijs omnib. non attentâ temporis prærogatiua ullâ, ſiquidem*

in actio-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0118-6

*in actionib personalib priuilegia non ex tempore æſtimentur ſed ex cauſa debiti l. priuilegia d. reb auth. iud. Hinc Paulus lib. 5 ſent. tit. 12. Priuilegium Fiſci inter omnes creditores eſſe dicit, quod & Mart. indicat in l. 26. de reb. auth. iud Et in tantum procedit: ut etiam Fiſcus id quod alij creditori prius ſolutũ fuerit extraordinario iudicio repetere poßit ſaltem ex iuſta cauſa & ſine uſuris l. 5. C. de priuil. fiſc. Cuiac. in par. C. eod. t. Conan. 4 com. 14 n 8. Præter fiſcum autem ex priuilegiarijs & cæteris qui perſonali tantum iure nituntur alter alteri non præfertur ſed melior eſt conditio occupantis d. l. priuilegia unde nec priori repetitio dabitur, ſi ei qui poſterior eſt ſolutio facta fuerit l. 6. § 2. d. reb. auth iud poſ. l. 24. Quæ in fraud. cred. Etſi in hypothecarijs aliud forte obtineat per l. 16 § 5. de pign. Gail. 2. obſ. 25. n. 11. Math. d. Affl. deciſ. 190. Io. Cop. ſenior deciſ. 4. n. 12. & deciſ. 62. per tot. vide Io. Cephal. conſ. 86. quo plurib. de hoc articulo agit.*

Fiſcus alij creditori prius ſolutum repetere poteſt.

C) *Hic enim jure communi Fiſcus utitur, eiq; in pignore cedit qui tempore prior fuerit l. 8. & fin. Qui pot. in pig. Cuiac. d. tit. 12. lib. 5. ſent. Paul. § Priuilegium quod & S. ad th. 73. & 74. & 82. lit. E. monuimus.*

## LXXXV.

Fiſcum pupillus ſequitur, & qui pupillo iudicantur ſimiles, Prodigus, ſurdus, mutus & furioſus, quos & ipſos in bonis eius qui illorum negotia ex officio geſſit, priuilegio quodam dignari LL. uoluerunt *A)* Sic ſponſam ratione dotis, *B)* & eum qui ad rem emendã credidit nec de hypothecâ ſibi proſpexit *C)* Itemq; Rempub creditricem omnibus chirographarijs præferri Paulus reſpondit *D)* quib⁹ & Eccleſiam, pias cauſas, alimenta, & quæ his iudicantur ſimilia non immerito aſſcripſeris. *E)*

A) *l. 19. 20 & 21 d. reb auth. iud. poſsid not. th. 5. lit. D. Hoc priuilegium cum perſonale ſit, ideoq; ad ſucceſſorem non tranſeat d. l. 19. quærunt nonnulli An ſuo etiam hæredi denegandum ſit: Sed nimis otioſè & inutiliter, ſiquidem rarius aut nunquam in pupillo id eueniat ut ſuũ hæredem habeat. quippe cui nec anteq; pubes fiat, matrimoniũ inire permittaur*

An hæredi & contrà hæredes priuilegium detur?

*mittitur § 1 I. d. Nupt. unde igitur filium haberet, qui ſuus eſſet & legitimus hæres § 1. Inſt d. hær. quæ ab. ineſt : def. Vlp. itaq; priuilegium ſucceſſori denegat ſ. extraneo Vand. d. priuil. cred c. 6. in f. § 1. At contrà tutoris & eius qui geßit hæredes efficax eſſe uoluit : Quæ omnia in curatore bonis dato ceſſant l. 23 d t. ex ratione diuerſitatis quam Hermog. ſubminiſtrat in l. inter bonorum 48. d. ad. tut. Vand. de priuil. cred. c. 7.*

B) *l. quæſitum § ſi ſponſa d priuil. cred. Huc refer quæ S. not. ad th. 81. lit. A. & quæ tradit Io Cop. ſenior deciſ 28 n 42 & ſeq.*

C) *l. 26. & 34. d. reb auth. jud. poſ. Hypothecam igitur non niſi ex conuentione habet, quod pleriq; negant : Sed quam rectè, oſtendit l. quamuis C. de pignor. & l. licet. & Auth Quo jure C. Qui pot in pig & quæ S. not. ad th. 10. & 74. vide Mynſ. conſ 9. dec 1. n. 22. & 23. Fr. Burſ. conſ. 56. n. 13. Graſ. 1. C. O. 12. q. 3. Ioan Cop. ſen. deciſ. 28. n. 7. & 27. & 45. Couar. V. R. lib. 1. c 7. n. 3 Zaſ. in d. l. 33. Neg. p. 5. m. 2. n. 3. & p. 2. m 4. n. 163. ubi diſs. referunt.*

D) *in l. in bonis uenditis in f. d. reb. auth iud. poſ. Quod non de Romana ſaltem ut nonnulli uoluut, ex quib Br. eſt ad l. 2. C. d. Iure Reip lib. 12. quem ſequitur Schurff. conſ. 83 cent. 2. Sed de omni Repub. accipiendum eſt. Loquitur enim Paulus ſimpliciter : nec æquitas patitur, ut Reipub. ſaltem Romanæ hoc beneficiũ relinquatur, quippe cum & aliarum ciuitatum interſit res ſuas ſaluas habere & præcipuas; à quib ſc. communis ciuium ſalo & incolumitas pendeat : Sanè uerum eſt Ius hypothecæ tacitæ, quod Fiſco datur, Rempub. non habere, niſi uel ſuperiorẽ non recognoſcat uel recognoſcat quidẽ, ſed ex conceſsione uel priuilegio ſuperioris merum & mixtũ imperium juraq; regalia & fiſcalia habeat l. 2. C d. Iure Reip lib. 11. l. ſimile ad Munic. Neg. p. 2. memb. 4 n. 114. Br in l. 2. in pr. d. Iur. fiſc. Io. Cop ſenior. d deciſ 28. n. 22.*

Priuilegium perſonale cuicunq; Reip. competit.

*At hoc ipſum ad priuilegium quod inter perſonales creditores uertitur, ut extendatur ratio non patitur, nec Imp id uoluiſſe in d. l. 2. conſentaneũ eſt, qui conſultus de pignore, ſatis fore exiſtimauit ſi ad propoſitam quæſtionem reſcriberet. interim vero Reipub ſuum quod inter alios creditores priuilegiarios ſ qui perſonali jure nituntur priuilegium habet, ſaluum relinqueret : Quod eo magis exiſtimandum eſt, ſiquidem*

Intel. l. 2. C. d. Iur. Reipt lib. 11

& poſt

& poſt ICtum Paulum Conſtant. illud ciuitatibus expreſſe tribuit in l. 2. C. d. debitori ciuit. Vand. c. 10.

D) ex auth. Tiraq. in tr. d. priuil. piæ cauſ. priu 142. Hoc vero quò minꝰ ità ſtatuamus nihil prohibet, quod certâ & expreſſa lege diſtituamur, ſufficiat ex ijs, quæ certa & expreſſa ſunt illud colligere & ratiocinãdo tantũ aſſequi, ut dubitare non liceat, quin ipſe legis lator ſi interrogetur idem dicturꝰ ſit § .1. Inſt d legit patr. tut. Bona enim occaſio eſt inquit Vlp. in l. 13 d. ll. quoties lege aliquid unum uel alterum introductum eſt, cætera quæ tendunt ad eandem utilitatem uel interpretatione uel certo juriſdictione ſuppleri: Sic itaq; & in propoſito caſu non utiq; uidere licet, cur jus πρωτοπραξίας quod Fiſco & Reip. indulgetur Eccleſiæ piæ cauſæ & alimentis denegari debeat, cum ſatis conſtet quantum fauoris & beneuolentiæ illis ll. alias conceſſerint l. 3. d. tranſact. l. mela in pr. ib pietatis intuitu d. al. & cib. leg. Quoties item Eccleſiæ & Fiſci jura æquiparentur l. fin. C. d. S. S. eccleſiis § ſi minus junct. gl Auth d. non alien reb. Eccleſiæ, qualis tandem ratio pro religione faciat l. ſunt perſonæ d. religioſ. & ſumt. fun quod deniq; tam interſit Eccleſiæ & eorum qui Eccleſiæ comparantur, quam Fiſci, ut quæ illis debetur pecunia in primis exoluatur: Ex quo â Fiſco ad Eccleſiam ab Eccleſia ad piam cauſam, â pia cauſa ad alimenta recte & probabiliter argumentari docet: Eberh. in Top. dd. loc. Maſcard. d. probat. uol 1; concl. 456. n. 14. & ſeq. Burſ. conſ. 120. n. 41. & ſeq. Io. Cop. ſenior. d deciſ. 28. n. 25. & 47.

Fauor Eccleſiæ piæ cauſæ & alimentorum.

## LXXXVI.

De creditoribus perſonalib. ſimpliciter.

Poſt priuilegiarios tandem reliqui creditores, qui perſonali tantum jure nituntur eiuſdemq; tituli ſunt æqualiter procedunt temporis ordine non obſeruato A) In Chirographarijs tamen illis præſertim quibus & de hypotheca cautum eſt, hoc amplius obtinet quod publicum inſtrumẽtum præferatur priuato, niſi hoc triũ idoneorum teſtium ſubſcriptione firmatum ſit B) Sanè etſi chirographarius ſemper hypothecario

cedat

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0121-3

cedat, fieri tamen poſſe ut beneficio ſeparationis eo potior habeatur Vlp. author eſt C)

A) *d. l. priuilegia Et hi creditores perſonales ſimpliciter dicuntur Cuiac. in par. C. d priuil. fiſc. quia perſonalem tantum actionem habent l. 2. C. d. Iur. Reip. lib. 1 . l. ſi ſponſa d. Iur. Dot. Vel etiam chirographarij l. 6. C. d. bon. auth. jud. poſſ. l. unic. C. Etiam ob chirograph: quia ſcripturâ ſibi uel ſyngraphâ ut plurimum proſpiciunt l. 6. & ib. Math. d. Math. C. d. bon. auth. jud. poß. l. 11. C. Qui pot. in pig. Quorum tandem ratio poſt priuilegiarios jure ciuili habetur l. 9. C Qui pot. in pign. & ib. Hot. Cuiac. in par. C. d priuil. fiſc. Pariſ. conſ. 102. n. 14. uol. 3. Io. Cop. ſen. deciſ. 28 n. 48 Hart. Hart. 22. obſ. 11. in pr.*

Quid iuris Arreſtantibus tribuat Ius Sax.

*At I. Sax. Arreſtantib. prior loc9 relinquitur, ſi & formam arreſtis præſcriptam ſeruauerint* Landrecht *lib. 1. art. 70. VVeſ. in par d. priuil. cred. n. 9. Col. d. proc. execut: p 1. c. 2. n. 161. & p 3. c. 1. n. 116. & c. 11. n 40. cum mult. ſeq. Conſt. Sax. 28. p 1. §* ferner ſollen.

B) *Quod Leo: conſtit. effectum eſt in l. pen. C. Qui pot. in pig. Gail. 2. obſ. 25. Don. c. 12. in f. Sed conſtat Leonem de tali inſtrumẽto loqui, cuius uigore quis pignoris uel hypothecæ ius uindicare ſibi præſumſerit Diuerſa igitur ratio fuerit ſi perſonalem tantum actionem intenderit quod probabile eſt: Creditores enim ſi ex priuatis tabulis, nec quidem teſtium idoneorum ſubſcriptione munitis hypothecam perſequantur, fraudem fouere facilius arguuntur: Quilibet enim ad ſuum commodũ contractus temp9 fingere & pignoris obligationem q. mentiri præſumitur l repetita d. fid. inſtr. l ſi â debitore d fals l creditor C. ad L. Cornel. d fals. At ea fraudis ſuſpicio ceſſare uidetur, quando non pignore ſed chirographo tantum creditori cautum eſt, quippe cum ſola tunc perſonalis actio intendi queat, cui etiam locus eſſet ſi chirographum deficeret, imo agatur, non de prioritate ſed exſolutione debiti: Unde parum abfuert quin in debiti exactione, cum uterq; creditor perſonali actione nititur, eandem fidem priuatæ & publicæ ſcripturæ meritò tribui ſtatueremus. Diuerſam tamen ſententiam Hot. amplectitur tit. 4. mihi pag. 81. Huc refer quæ Negus p. 5. m. 2. n. 47. & ſeq. tradit: Couar. pract. quæſt 22. n. 5. & 2. V. R. c. 11. Donel. hic. c. 12. in fin. Coler. de proceß. execut. p. 1. c. 10. n. 158. & p. 3. c. 1. n. 115. VVeſ. in*

par.

*par. tit de fid. inſtr. n. 2: Io. Cop. ſenior deciſ. 46. Gail. 2. obſ. c. 25. n. 10. Pariſ conſ. 102. n. 1. vol. 3. Tib. Decian. conſ. 11. n. 118. & 137. cum ſeq. & conſ. 33. n. 116. vol. 1. Menoch. conſ. 787. n. 1. 4. & 12. Fr. Burſ. conſ. 103 n. 3. & conſ. 123 n. 23 Io. Ceph. conſ. 384 n. 22.*

C) *in l. 1. § ſciendum d. ſeparat. Eo ſ. caſu ſi rem hæreditariam hæres jure pignoris uel hypothecæ obligauerit: Beneficio enim ſeparationis bonorum defuncti & hæredis efficere poteſt defuncti creditor, ut hypothecario hæredis præferatur: Si tamen res hæreditaria uendita eſſet ſeparationem fruſtra deſiderari Pap. reſpondit in l. 2. d. ſepar. Bald c. 19. Io. Cop ſen. d. deciſ. 28. in fin.*

## LXXXVII.

Nunc quod reſtat de liberatione pignoris diſſerendum eſt: Et quiâ conuentione in primis contrahitur pignus contraria uoluntate rurſum diſſoluitur *A)* ſiue ea expreſſa ſit ſiue tacita modo conſtet creditorem id egiſſe ut pignus remitteret *B)* Et remiſſio facta jure ſubſiſtat: Inutilis namque dolo uel metu facta aut ab eo qui ius diminuendi non habebat, ius pignoris non amittit. *C)*

De liberatione & ſolutione pignoris.

A) *l. 2. C. de remiſs. pign. Con. 4 com. 19. in pr. Don. c. 14. Mud. t. Quib. mod. pig. uel hyp ſol. Quippe cum nihil tam naturale ſit quam eo genere quid diſſolui quo colligatum eſt l. nihil tam naturale & ib. Petr. Fab. d. R. I. & quod jure contrahitur contrario jure pereat l omnia eod. tit. quodque illis ipſis quibus obligamur modis in contrarium actis liberemur l. ferè quibuscunque eod tit. & prout quidque contractum eſt ita diſſoluatur l. prout d ſolut. Sic emtio & uenditio, Locatio conductio & ſimiles contractus quos conſenſus conciliat diſſenſus contrarius diſſoluit l 3. d. reſc. uend l. ab emtione d. pact. § fin. Quib. mod. toll oblig. Sic itaque & pignus: Quod ICti dicunt â pignore diſcedere l. 5. l. ſoluitur in pr. Quib. mod pig. uel pignus remittere l. 11. & 12. in pr. d. t. t. tt. C. de remiſs. pig Hot. t. 6. in pr. vide Negus. p. 6. m. 3. n. 33.*

Quo genere quid colligitur eodem diſſoluitur.

B) *Expreſſè pignus remittere creditor dicitur, quando uel illud ipſum l 3. de pact. fac. text in l. 1. d lib. leg. uel quod eius nomine chi-*

 *rographum*

Creditor pigno remittere dicitur vel expreſſe vel tacitè.

*rographum datum eſt debitori reddit l. creditricem 7. C. d. remiſ. pig. Cuiac. in l. 2. in fin. de pact Hot. 7 obſ. 19 Conan. 5. com. c. 5. Negus. p. 6. m. 3. n. 20. Diß. Duar. ad d. l 3. Ias ad d l. 2. col. ult. uerſ itē pondera et ib. Coſtal. d. pact. uel quando pactus eſt ne ius pignoris perſequatur l. maior. 24. C. de pignor. d l ſoluitur Tacitè vero Quando uenditioni pignoris l. creditor 158 & ibi Dec d. R. I. l. 14. C. d. remiſ. pig. aut eiuſdem donationi, in dotem dationi, uel permutationi aſtipulatur l. 4. § 1. l. 8. § ſed ſi permiſerit l. Lucius Titius 11. Quib. mod. pig uel hyp. ſol. non adiecta clauſula ſaluo jure pignoris d. l. 4. § 1 Nat. conſ. 474. n. 29. conſ. 530. n. 1. Negus. p. 6. m. 3. n. 12 Sic tacita remißio præſumitur amplius, ſi creditor manumißionem ſerui â debitore factam ratam eſſe uoluit l 4. C. d. ſer. pig. dat. man l. 1. C. d. rem. pign. aut uenditioni pignoris ſubſcripſit l. 8. § non uidetur Quib. mod. pig. uel ſecundæ obligationi, qua bona ſua ab omni nexu libera debitor profitetur Col. d. proc. execut. p. 1. c. 10. n. 131 vide Negus d. m. 3. n. 13. 18. & ſeq. Don. & Mud. d. loc. Hinc ueritas regulæ manifeſta eſt, quâ taciti & expreſsi eadem uis, eadem ratio, idem eſſe judicium dicitur arg. l. cum quid. Si cert pet. Negus: p. 2 m. 4. n. 8.*

Remiſſio quando inutilis eſſe dicatur.

C) *Ut Gord. reſcripſit in l. 5. C. d. remiſs pig. Quid ſi enim dolo uel metu remiſsio facta ſit ex generali Prætoris edicto ff. d. eo quod metus cauſa & de Dol. mal. rata non habebitur, Sed exceptio pacti ſi qua â debitore obijceretur, replicatione doli mali ſummouebitur Mud. d. ſol. pig n. 58. & ſeq. Sic â pupillo facta remiſsio ſine tutoris authoritate l. 7. in pr. Quib. mod Mud d. loc. n. 3. à filiofam. uel ſeruo, cui non libera peculij adminiſtratio data eſt l. 8. § an paciſci Quib. mod à Procuratore cui id ſpecialiter non mandatum eſt l. 7. § 1. d. t. aut qui non in rem ſuam factus eſt d. l. 8. § 2. nullo jure ſubſiſtit. Etſi Debitoris Procuratori hoc relictum ſit ut etiam citra liberam adminiſtrandi peculij facultatem, paciſci de liberatione domini ſui cum creditore poſsit d. l. 7. § uideamus; Quæ pactio ſi non ad acquirendā pacti exceptionem Domino prodeſt, prodeſt ſaltem in ſubſidium ad exceptionem doli, quacunq; tandem ratione Procurator debitoris à creditore liberatus ſit l. quacunq; ratione d. Procur. an eius interſit nec ne contr. Acc. in d. l. quacunq. Mud. d. loc. n. 7.*

## LXXXVIII.

Pignus hac ratione liberatum, & debitorem ipſum & hæredes eius *A)* ſi non ipſo jure, ſaltem per exceptionem pacti uel doli mali tuetur *B)* Sed principalis obligatio nihilominus durat *C)* quæ ubi tollitur iam ipſo jure & pignus ſublatum eſſe rectè dicitur *D)*

A) *Nam & hæredibus noſtris cauere intelligimur l. pactum d. probat: etiam illis qui non directò hæredes ſunt, ſed ratione fideicommiſſi uniuerſalis l. filiusfam. Quod cum eo qui in al. pot. Quod hoc caſu ubi de liberatione pignoris agitur eò magis procedit, ſiquidem conuentio de remiſsione pignoris in rem concipitur, quam nexui & obligationi exemtam uolumus. At vero liberata obligatione uel hypotheca, ut fundamento actionis hypothecariæ non eſt cum quo amplius agatur, quippe cum actio præſupponat obligationem § 1. j. de Act. l. obligationem 3. l. actionum 25. d. A. & O. Mud. d. loc. n. 8.*

B) *Quia enim pacto ſaltem liberatum eſt pignus, id verò ad actionem non proſit uerum ad exceptionem tantum l. Iurisgentium § 1. d. pact. non aliter etiam quam exceptione tueri ſe debitor poteſt contrà hypothecariam, quam fortè creditor, cum ipſo jure ſublata non ſit, intentare præſumſerit l 7. § 1. l. ?. C. d. remiſs. pig. l. maior. 23. ub Hot. de pignor. Mud tamen expreſſa remiſsione pignus ipſo jure perimi, tacitâ verò per exceptionem tantum opinatur cui ſuffragari uidetur Hot. d. l maior. ſed hoc non multum refert: cum utroq; modo ui ipſa id conſequatur debitor, ne pignus à ſe peti amplius poſsit l. nihil intereſt d. R. I.*

C) *Quam acceſſoria ſublatâ perimi ſatis abſurdum foret arg. l. cum pricipalis d. R. I. c. acceſſorium d. R. I. in 6. quippe cum principalis obligatio perſonæ ſit, acceſſoria rei, illa per ſe ſubſiſtat hæc ſaltem illius adminiculo Cuiac. ad l 2. de pact. Neg p 6. m. 3. n 20. uerſ. ſecunda ratio. Hinc eſt. Quod pignoribus uenditis ſi ex pretio creditori plenè ſatisfieri nequeat, ſalua maneat in reſiduum perſonalis actio l. 3. C. d. diſtr. pign. l. 10 C. d A. & O. l. fin C. d Iur. dom. imp. quam*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0125-5

*non niſi debito integre perſoluto extingui certum eſt l 9. § omnis de pignor act l ſolutam d. ſolut: Hot. ad l. 1. C. de pignor. Huc refer. quæ not. th. 65.*

Sublato principali tollitur acceſſorium.

*D) arg l. 39 & 46. d. fideiuſſor: Siquidem hoc naturâ contingat ut ſublato principali tollatur acceſſorium d l cum principalis & ib. P. Fab. l. in omnibus 43. d. ſolut ſicut ceſſante cauſa effectum ipſum ceſſare uerè dicimus c. cum ceſſante extra d. appell. Exemplo Dotis, quam ceſſante matrimonio cuius q acceßio eſt l. actione § fin. Pro ſoc l. Iulianus l. ſi is qui 57. § 1. l. ſi pater 79. d Iur. Dot & ipſam reſolui manifeſtum eſt l. 3. d. Iur. dot. Tiraq. in tr. Ceſſante cauſa Fab. d loc. Quid vero ſibi Gord. uult quando in l. 2. C. d. luit. pig. durare inquit pignoris uincula perſonali actione ſublata? Cuiac eum de debitoris hæredibus intelligit qui perſonali actione tenentur pro hæreditariys portionib. at hypothecariâ in ſolidum not. S. ad th. 51. lit. E. unde ſi unus ſoluerit pro ſuâ parte tolletur quidem principalis obligatio, ſed ob pignoris cauſam indiuiſam durabit hypothecaria, eòusq; dum creditori de debito integrè ſatisfiat l. rem d euict. Hot. præſcriptionem longi temporis præſupponere Imp. opinatur, q. illa perimat quidem obligationem perſonalem quæ ciuilis eſt, ſaluâ interim manente obligatione naturali, quâ pignus ſuſtineatur per l. 14. de pignor. Veriſimilior Cuiac: interpretatio eſt cui ſuffragatur Char. ad d. l. 2 Io Ceph conſ. 460 n. 21. vide Negus 6. p. m. 2. n. 6. & ſeq. Mud. t. Quib. mod. pig. ſol. n. 71.*

Int. l. 2. C. d. luit. pig.

LXXXIX.

Id vero ſolutione eius quod debetur primò omnium contingit *A)* modò ea plenè perfecteq; *B)* & ut Iurisconſult⁹ loquitur naturaliter præſtetur *C)* Sola quippe oblatio ſi pecuniam accipere creditor retractet ad liberationem non proficit *D)* ſed ſi ſolennis in publicum locum depoſitio & obſignatio inſuper accedat inſtar ueræ ſolutionis habetur *E)*

*A) l item liberatur Quib. mod. pig. uel hyp. l. ſi rem 9. omnis de pignor act. ſiue per debitorem ipſum fiat ſolutio ſiue per alium quemlibet etiam malæ fidei poſſeſſorem l. 2. l. 12. § 1. Quib. mod. pig. l. 19. Qui pot. in pign. Hot. tit. 5. in pr. Creditori ipſi uel eius uoluntate aliy l.*

*ſolutum*

*ſolutum § ſolutam de pignor. act. l. 4 ǀ. d. ſolut. Mud. d. loc n. 52. Don. c. 14.*

B) *ut nec ſortis, nec uſurarum nec ſumtuum quidem in pignus factorum nomine amplius quid ſoluendum reſtet l. in ſumma C. de pignor. l. 2 Debit uend pign d. § omnis l. ſolutum § ſi in ſortem de pig. act. Ea enim ex edicto Prætoris obligationi pignoris cohæret conditio perpetuo, ſi pecunia ſoluta ſit d. § omnis l. grege § etiam de pignor. At ſolutam eſſe non dixeris ſi qua pars ſoluenda reſtet l. cui fundꝰ d. cond. & demonſt. arg. l. Iulianus § offerri de act. emt. l. amiſsi in pr. de fidei: l. Iulianus § ſed ſi quis ad exhib. l. his conſequenter 18. § Celſus fam. Erciſ. l 3: l. 4. § hoc iudicium Com. diuid. Don. c 14. Sanè uerum eſt ſortis parte ſolutâ modo eam creditor acceptet, naſci etiam liberationem principalis obligationis pro parte l ſtipulatus ſum § qui decem de ſolut. l. tutor § Lucius Titius d. Vſur l. 3. fam. herciſ. Gomeſ. 2. V. R. 10. n. 5. Briſs. de ſolut. lib. 1 p. 146. Goed. ad l. 32. de V. S. n. 9. Vult. 1. I., R c. 35. n. 81. Duar. in l. 2. § harum in fin. d V. O. Couar. 3 V. R 18 n. 4. Coſtal. in l. quidam exiſtimauerunt d. reb. cred. & ib. Don. & in l. obſignatione C. de ſolut n: 8 Hot. ill. quæſt. 22. VVeſ. in par. de ſolut. n. 5. & de reb. cred n. 12. Diſſen. Alc. in l. quidam n. 8. & ibi Fulg. n. 4 Dec. n 6 Mol. tr. de diuid. et indiuid. n. 13. et 74. p. 2. Bara in manuali p. 13. At pignoris ius indiuiduũ eſt quod pro parte ut ſoluatur tantum abeſt l. 8. § ſi unus de pig. act. l. 16. C. de pignor. ut etſi uel maior pars debiti exoluta fuerit l. 6. C. d diſtr. pig. creditori nihilominus liceat, pignorib. quib. uelit diſtractis etiam illis quæ diuiſionem reciperent l. qui pignori plures de pignor. ad commodum ſuum peruenire l. creditoris arbitrio d. diſtr. pig. l 1. C. de luit. pig. l. 2. C. debit vend. pig. Roſr. lib. quæſt. jur. c 36. n. 5. Grauat. conſ. 893. Negus p. 6. m. 1. n. 21. & p 7. m 2. n. 16. & 20. V. not. 5. theſ. 65. Et in hoc differt pignoratitia obligatio à fideiuſſoria ut doctè explicat Mud. t. Quib. mod. pig. ſol. n. 55. cum ſeq.*

Quatenus ſolutio pro parte ſuſtineatur.

C) *h. e. reipſâ & uerè, prout formulam hypothecariam interpretatur Mod in l. ſolutam 49. d. ſolut. Sed & debitum proba monetâ ſolui neceſſum eſt: Reproba enim pecunia inquit Vlp. in l. eleganter § qui reprobos de pignor. act. ſoluentem non liberat, nec ad pignoratitiam actionem proficit, quippe cum doloſè & fraudulenter agere exiſtimetur, qui*

Reproba pecunia ſoluentem non liberat.

*reprobam ſoluit pecuniam Mud. d. ſol pig. n. 54. Neg. p. 7. m. 2. n. 18.*

Quatenus ſola pecuniæ oblatio pignus liberet?

D) *Maximè ſi creditor pignus poſſideat arg. d. § omnis Verum ubi uel debitor ipſe uel ſecundis creditor uel etiam extraneus illud poſſidet, ſolâ oblatione id efficiet, ut hypothecariâ agentem creditorem, qui pecuniam accipere noluit, exceptione doli mali remouere poſſit, cum per eum fiat quò minus ei pecunia ſoluatur l potior § fin. Qui pot. in pign. Don, c. 14. Sed & priori caſu, ſi debitor contrà creditorem pignoratitia actione contendat, hoc ipſo rectè aget, ſi pecuniam in jure h. e. apud judicem offerat: Satis enim conditioni ſub quâ res obligata fuit paritum intelligitur, ſi per creditorem ſtet quo minus impleatur l. ſi rem § fin. l. aliena § ſi per creditorem de pignor. act. arg § fin. No 91. Neg. p. 7. m. 2. n 12. Et certi juris eſt: quoties per eum cuius intereſt conditionem non impleri fiat quo minus impleatur, perinde haberi ac ſi impleta conditio fuiſſet l in jure d. R. I. f. l. 5 C. d. diſtr. pig. Don. d. loc. Briſſon. de ſolut. c. de obſignat n. 10. Cõſtat igitur quod ſola oblatio ſi non proficit ad actionem, proficiat tamen ad exceptionem, facilius enim exceptio datur quam actio l. 1. § cui damus d. ſuperficieb not. S. ad th. 77. lit. D.*

Int. § 1. l. Item Quib. mod. pig.

E) *l. obſignatione C. de ſolut l. ſed & ſi 17. de conſtit. pec. l. creditor 20. C de pign. l fin. C. de luit pig. l nec creditores 10 & l. fi. C. de pignor act. l. 8. C. de diſtr. pig. Briſs. d. loc Cuiac tr. 8 ad Aſſr. mihi pag. 569. Duar. de pign. act. c. 4 Bald. c. 30. VVeſ. in par. tit Quib. mod. pig ſol. n. 1. Hot tit 5. P. Greg Thol. in Synt. lib 23 c. 12. Quod igitur in l. item § 1. Quib. mod. pig uel hyp. dicitur, eum pignus liberare qui ſoluere paratus eſt, cum effectu accipiatur, quatenus creditor ſolutionem non detrectet, eam uero illo caſu legitima & ſolennis depoſitio ſecuta fuerit Don. d loc. Cæterum ſi de ſolà ſortis principalis obligatione amplius quæratur, conſtat quod ſuos illa effectus habeat: Nam & cuſtodiæ periculo debitorem liberat l. illud d pericul. & com. rei uend. vnde eam inſtar ſolutionis Iuriſconſultus habet l qui decem l. ſi ſoluturus l. creditor de ſolut. Et efficit ne aduerſus debitorem uſura aut pænæ ſtipulatio committatur l ſi per te C. d. Vſur. l Celſus § 1. d recept. arb l. qui Romæ § Seia. d. V. O. & ib. Cuiac. l. cum quidam § ſi pupillo de Vſur. Don. d. l.*

Oblatio ſola quoſnam effectus habeat?

*obſigna-*

Oblatio ſola quando uim iuſtæ ſolutionis habeat?

*obſignatione n. 8. Borch. d. Vſur. c. ult n. 19 & ſeq. At ut uim iuſtæ ſolutionis habeat & debitorem plenè liberet, imò & uſurarum quæ in obligationem deductæ fuerunt curſum prohibeat, obſignatio inſuper & depoſitio ut accedat requiritur l. ſi creditrici l. 9 l. acceptam C. d Vſur. l. euictis d. Vſur. Hot. d Vſur. c. 4. Molin. d. Vſur. q. 39 n. 297. & ſeq Coſtal. ad l. 7. d. Vſur. Duar. c. 4. de pign. act. & ad l. ſi mora ſolut. matrimonio & d. l. qui Romæ Briſſon. lib. 2. de ſolut. t. d. obſig. Sichard ad d. l. acceptam VVeſ. in par. de ſolut. n. 8. Menoch. d. arbitr. caſu 32. Ferret. d. mora n. 28.*

## XC.

Satisfactio etiam pro ſolutione eſt & pignus liberat A) fitq; creditori uolenti non etiam inuito B) uel ſortis uel tantum pignoris nomine. Sortis nomine creditori ſatisfit uel ipſo jure uel per exceptionem: Ipſo jure quidem: Nouatione uoluntaria C) acceptilatione D) delegatione, aliud pro alio accipiendo uel compenſando E) Per exceptionem verò quando aut pactum de non petendo F) aut iuſiurandum interuenit G) aut debitor judicio quamuis per iniuriam abſolutus eſt H) Pignoris nomine tantum creditori ſatisfit cum aut alia pignora aut fideiuſſores pro hypotheca quæ obligata eſt dantur. J)

Satisfacere quando dicamur?

*A) l. ſi rem alienam § omnis de pig act. ff. l. ſolutionis d. V. S. l. quod uendidi 19. de contrab. emt l. 4. § 1. d. re judic. l. promiſſor 21. § 1. d. re iud l. promiſſor 21. § 1. de conſtit. pec. Satisfacere .a. dicimur ei cuius deſiderium implemus l. 1. Qui ſatisd. cog. l. 5. § ſatis acceptio d. V. O. pignoribus ſ. & fideiuſſor. datis uel etiam expromiſſore idoneo l. 4. § ait Prætor d. damno inf. l. 53. de contrab. emt. § uenditæ Inſt. d. R. D. l. ſolutionis d V. S. l. 4. § 1. d. re jud. l. promiſſor. 21. § 2. d. conſt. pec. uel alijs modis d quib. Iuriſconſultus in d. § omnis l. 5. § fin. l. 6. l. 13. & 14. Quib. mod. pig. l. 3. de fideiuſ.*

Quid differat ſausfactio à ſolutione?

B) *Et in hoc. differt ſatis factio à ſolutione: Hæc. inuito etiam & recuſante creditore fit, modo poſt oblationem conſignatio accedat & depoſitio ut th. præc. dictum eſt per l. Item § qui paratus Quib. mod. pig. l. quod quis d. A. & O. l. quod in diem de ſolut. dd. in l. qui Romæ in pr. d. V. O. VVeſ. in par. d. ſolut. n. 4. At inuitus ut contentus reddatur fieri per rationem non poteſt: d. § omnis l. quod ſi non de pignor. act. l. 45. § 2. ib. ſi nolit creditor Mand. l. Eum à quo 16. C: de ſolut. Don. d. loco Bald. c. 20. Hot. tit. 5. Unde reprobatur Attilicini ſententia, qui putabat ſi ſatisdetur alicui, recedere eum à pignorib. debere etiam inuitum l. 6. in f. Quib. mod. pig uel hyp. ſol. Eodem modo nec fideiuſſorem datum creditor liberare, & alium æquè idoneum ſuſcipere cogitur d. l. 45. § 2. & ib. Goth. & Coſtal. Soar. th. R S. lit. F. n. 156. Gomeſ. 2. V. R. n. 7. Pinel. ad l. 2. C. d. reſc. uend. p. 2. c. 1. n. 21. & ſeq. Soar d. loc. lit. P. n. 121. ubi refert diſſent.*

Alia ratio nouationis uoluntariæ aliæ neceſſariæ.

C) *Nouatione & cæteris modis ipſo jure tolli principalem obligationem conſtat ex tit Quib. mod tol. oblig. Unde non mirum ſi & acceſſoria quæ pignoris eſt perimatur per l. in omnib. de ſolut. Et Nouatione quidem uoluntaria prioris obligationis pignora etiam quæ ab ea pendebant ſimul extingui, niſi in poſteriori expreſſe repetita fuerint probat l. ſolutum in pr. de pig. act. l. creditor Qui pot. in pign. l. unic C. Etiam ob chirograph. l. in nouatione 18. d. Nouat. Et rationem habet: Nam etſi uetus obligatio perſonalis, in nouam transfundatur, pignoris tamen obligatio tacitè ſimul transfuſa non intelligitur, cum tacitum pignus certis ſaltem & definitis caſibus contrahatur l. 1. & t. tt. ff. & C. In quibus cauſis pig. arg l. 4. C. d. Vſur. Iacob Concenat 4. quæſt. I. c. 10. n. 13. Alia tamen ratio nouationis neceſſariæ eſt, quæ per litis conteſtationem re demum judicata fieri dicitur, & ueterem actionem nouare quidem l. 2. C. d. exec. rei iud At pignora non liberare l. 8. C. d. pignor. Br. in l aliã de nouat: Ias: in l. 1. col. 4. & ib. gl. C. de Iudic. Salic. in d. l. unic. col. 1. notab 2. Illorũ n. obligatio durat eousq; dum ſoluta fuerit pecunia l. grege § etiam de pignor. d. § omnis. Etſi igitur res judicata eſt. ideoq; ueteri actioni ſucceßit actio judicati niſi tamen judicato ſatis factum fuerit, pignoris obligatio adhuc durat, tum quia nemo litem conteſtando conditionem ſuam faciat deteriorem l. aliam 29. d. nouat; l. non ſolet d. d. R. I. tum quia re judicatâ nihilominus tam à*

parte

*parte creditoris quam debitoris uetus, qua acceſſoria ut fulcro quodam adhuc nititur, ſubſiſtat obligatio quæ per nouationem uoluntariam penitus abſorbetur l. nouatione d. Nouat. § præterea Inſt. Quib mod toll. oblig. vide Negus 6. p. m. 3. n. 2.*

D) *§ 1. & 2. Inſt. Quib. mod. tol. oblig. Interueniente nimirum Aquiliana ſtipulatione, quâ Gallus Aquilius omnium omnino rerum obligationem in ſtipulatum deduci poſſe & per acceptilationem tolli uoluit ſ ut quod directo non poſſet acceptilatio id quaſi per indirectum efficeret & perinde aliarum rerum obligatio in ſtipulationem deducta uerbis tolli efficaciter poſſet, atq; ſi ab initio uerbis contracta fuiſſet, regulæ etiam juris ſatisfieret: quâ idipſum naturale eſſe dicitur ut eodem genere quid diſſoluatur quo colligatum eſt l. nihil tam naturale d. R. I. not. S. ad th. 87. Cæterum potius inſtar pacti de non petendo acceptilatio fuerit l 8 & 19 d. acceptil. l. 22. § f. de pact l 5. d. reſc. uend. nec ipſo jure principalem obligationem, ſed per exceptionem tantum extinguet d. l. 19 Mud d ſolut. pig. n. 62.*

Aquiliana ſtipulatio quæ dicatur.

E) *t tt. d. Nouat. & deleg. l. 4. § ſi debitor Qui pot. in pign. Mud. de ſolut. pig. n. 62. Coler d. proc. exec. p. 1. c. 5. n. 4. p. 3. c. 11. n 88 Don. c. 14. Hot. tit 6. Bald. c. 20.*

F) *l. ſoluitur in pr Quib. mod. pig Quod cum ipſo jure actionem principalem non perimat § præterea Inſt. de except. ſaltem per exceptionem etiam quo ad hypothecariam actionem debitorem tuetur l. 17. § 2. de pact. uel alium quemuis pignoris poſſeſſorem d. l. ſoluitur. Pactum v. de non petendo interceſſiſſe dicitur non tantum ſi uerbis illud expreſſum fuerit, ſed & ſi debitori ſuo cautionem reddiderit creditor l. 2 de pact. l. 7. C d. rem pign. quo ipſo principalis obligationis authoritatem quæ illâ continebatur relaxare ſimul & remittere præſumitur: Veruntamen neceſſum eſt ut debiti per pactum remiſſio ſit utilis h. e. nec dolo nec metu extorta Hot. ad l. debitum C. d. rem pign. Cæteroquin non ſolum ipſum debitum peti poterit ſed & uſitato more pignora uindicabuntur l. debitum C d rem pig redintegratâ ſc. per reſtitutionem in integrum & principali in perſonâ debitoris & fideiuſſorum eius obligatione, & acceſſoriâ quæ pignorum eſt l. illud § ſi metu coactus Quod: met. cauſa l. patri § ſi minor : d. minor. Quod autem Papin in l. 1. Quib mod pig. uel hyp ſol. pignoris remiſſionem ſuſtineri innuit etſi forte ipſius*

Pactum de non petendo quando interceſsiſſe dicatur: & quatenus ſuſtineatur:

Int. l. 1. Quib. mod. pig. uel hyp. ſol.

*debiti remiſsio uel donatio inutilis appareat, ſingularem rationē habet. Etenim cum remiſsio illa debiti à uoluntate creditoris profecta, pignus ſimul liberauerit retrahi hoc ipſum in priſtinam obligationem non poteſt d. l. ſoluitur. Itaq; licet pecuniæ donationem poſt modum lex fecerit inutilem, rata nihilominus erit pignoris liberatio, ſi quidem ut Iuriſconſultus addit, legi nullus in pignore liberando locus eſt h. e. nulla legis quò ad pignoris liberationem, habetur uel ratio uel pœna, uel authoritas Sed qualemnam donationem Papin. intelligat, uariant Interpretes. Accurſ. ad donationē ab altero coniugum factam refert, quem ſequitur Don. c. 14 & Bald. c. 20. Mud d. ſol pig. reſtringit ad illam quæ in fiſci præiudicium, ab eo fortè qui delicti ſibi conſcius fuit, quod publicationem bonorum mereretur, profecta fuit, cuius opinioni ipſe textus patrocinari uidetur ut plurib. ille perſequitur d. loc n. 59. 60 & 61. ub. uid.*

G) *Vel debiti principalis nomine uel etiam hypothecæ: Nam & ſi iusjurandum delatum datū eſt inquit: Mart. d. l. ſoluitur in f. hypothecæ non eſſe rem obligatam, ſatisfactum creditori intelligitur l. 13. d. t. Et competit debitori exceptio juris jurandi Don. d. c. 14. Hot. ad l. unic. Et jam ob. chirogr. Mud. d. loc. n. 64.*

H) *Quo ipſo ac ſi reuera ſolutio interceſsiſſet, ſatisfactum creditori eſſe uidetur, qui non appellando ſententiæ acquieuit l. 13. d. t. Itaq; debitori exceptio rei judicat. competit t. tt. C. d. except. rei iud. Hot. d. l. 8. C. de pign. Mud. d. loc. n. 63.*

I) *d. l. ſi rem alienam § omnis Hæc ſatisfactio quæ pignoribus fit & hypothecis propriè ſatis datio dicitur l. 1. Qui ſatisd. cog. l. promiſſor 21. § conſtituto d. conſt. pec. Vnde conſtat latius patere uerbum ſatisfaciendi quam ſatisdandi, quippe cum hoc illo contineatur.*

## XCI.

Tempore etiam finitur pignus, ſi illud expreſſum eſt *A*) ſin minus præſcriptione longæ poſſeſsionis, non quidem ipſo jure ſed per exceptionem *B*) Tandem & interitu *C*) & mutatione totius rei *D*) pignus extingui rationis eſt, ut & finito jure quod quis in re pignori nexâ habuit *E*) & deniq; confuſione pignoris & principalis debiti *F*)

A) *d. l. 6. in pr. Etſi enim tempus non eſt modus finiendæ obligationis*

tionis ipſo jure: Si tamen inter debitorem & creditorem de certo tempore conuenit, ad quod uel principalis uel pignoris obligatio, uel alterutra eorum duraret, elapſo eo debitor exceptione recte utetur l. obligationum fere 43. § placet: de Act. Bald. d. loc.

B) l. cum notiſsimi C. d. præſcript. 30. uel 40. an. Ergò ſi quæ pignoris perſequendi nomine creditori datur actio hypothecaria præſcriptione legitima diminuitur, ipſum quidem jus pignoris manet, manet etiam eius perſecutio, ſed per exceptionem longi temporis inefficax conſtituitur l. 1. & 2. C. Si ad cred. Huc refer: quæ S. ad th. 56. not. Vſucapione autem proprietatis uel dominij rei pignoris ius ut extinguatur juris ratio non patitur, aliud .n. jus pignoris eſt aliud dominij quod uſucapitur, nec ullâ ſocietate hæc duo coniunguntur ut Pap. ait in l. 1 § cum prædium de pignor l. juſto § non mutat de Vſucap. l. miſſo & ib. Cuiac. Pro emt. not S. ad th. 18. lit. D Imò etiamſi uel juſtiſsimo titulo rei pignoratæ dominium transferatur, pignoris ius ſaluum remanet ut not. S. ad th. 6. lit E. & ad th. 68 lit. C. tantum abeſt ut uſucapione perimatur vide Neg. p. 6. m 2. n. 14 cum ſeq.

Vſucapione pignus non perimitur.

C) Quia enim rei ſi natulariter pereat, uel chaſmate uel inundatione, uel incendio omne pereat dominium, & hypothecam quoq; eius perire neceſſum eſt, eius enim quod nihil eſt nulla poteſt eſſe obligatio, & pignus in corpore quod interijt conſiſtere nequit: Principalis tamen obligatio adhuc durat. l. ſicut in pr Quib mod. l ſeruo C. de pignor. Bald c 20. Mud tit. Quib. mod pign. uel hyp ſol. n. 39.

D) ſc ut non uideatur amplius eadem eſſe quæ fuit: Nam & formæ mutatio interdum rei ſubſtantiam interimere dicitur l. Iulianus § ſiquis rem ad Exhib. Vnde ſi arbor uel rude lignum detur pignori & nauis ex eò fiat recte dicitur pignus conſumi neq; nauem teneri quia aliud ſit materia aliud nauis l. ſi conuenerit § ſi quis cauerit de pign act. Vbi autem ſumma tantum rei facies mutatur, cum eadem res nihilominus maneat l ſed ſi ex meis d. acquir. rer. dominio, eadē & pignoris obligatio manebit. Quò pertinet quod Mart. ſcribit in l. 16. § ſi res de pignor. quodq; S not ad th. 61. lit. F. & Cuiac. tradit 23 obſ. 22. Neg. p 6. m 3. n 10 & 11.

Formâ mutatâ res eſſe deſinit.

E) Scilicet hoc regulare eſt ut finito jure concedentis reſoluatur ius accipientis ut S not ad th. 32 lit D. fac. l. 31. de pignor. l 3. Quib. mod pig. l 4. § ſed & Marcellus d. in diem. add. Bald. c. 20.

Finito iure concedentis reſoluitur ius accipiētis

Don. d. c. 14. Crauet. conſ. 493. n 3. Nat conſ. 474. n. 27 Sic uſufru-ctu pignori dato ſi uſusfructus extinguatur, pignus perire ſimul Mart. reſpondit in l. 8 Quib. mod. pig. Hot tit. 6. in f.

Confuſio debiti obligationem tollit.

F) Nempe ſi uel debitor creditorem uel uice uerſâ hic illum inſtituat hæredem l. Stichum § aditio de ſolut l. debitori tuo C. de pact. l Vranius in pr. de fideiuſſ. l. cum hæredes in pr. d. acqui poſſeſs. l. ſi rem de pign. act, quo caſu cum pignoris Dominus fiat creditor obligatio pignoris nulla eſſe poteſt l. neq; pignus d. R. I. l. ex ſextante 30. § latinus de except. rei jud. Conten. 4. q I. 10 n. 15. pluribus hunc articulum perſequitur Negus p. 5. m. 1. n. 53. & ſeq. quem vide, Ioan. Ceph. conſ. 393 n. 156. & ſeq. Quod ſi fideiuſſor debitori ſuccedat uel contra non confundi pignoris obligationem quam in ſuam fideiuſſor contraxerat Afr. reſpondit in l. cum quis ſibi § fin. d ſolut. licet confundatur fideiuſſoria obligatio: Integrum igitur creditori fuerit agere & hypothecaria & principali in perſonam ſ. fideiuſſoris qui rei pignoratæ per ſucceſſionem factus eſt dominus, licet ex cauſâ fideiuſsionis agere contra eundem non poſſit per l. generaliter & l. hæres à debitore § quod ſi hic ſeruus l. 71. in pr. d fideiuſſorib. Cuiac tr. ad Afr 8. d. § fin. Lud. Mayn. d. act. lib. 2. c. 17. vide Mud. d. ſolut. pig. n. 66. & 67.

## XCII.

Intricatæ quæſtionis eſt: Num facultas luendi pignoris debitori competens ullâ temporis etiam longiſſimi præſcriptione tolli poſsit? Quod nonnulli probabilitter aſſeruerunt A) Nos contrarium probatâ magis ratione & judicio Cameræ amplectimur B)

A) Negus: p. 5. m. 3. n. 52. & p. 6. m. 2. n 19. Balb. d. præſcr. p. princi 5. q 3. n 1. Couar. 1 V. R. c. 9. n. 3 Paulus d. Caſtr. conſ. 220 p 2. n 1. Schurff. conſ. 47 n. 5, & cõſ. 90. n. 31. cent. 1. & conſ. 90. n. 3. cent 3. & plures alÿ quos citat: Goed. conſ. ult. n. 258. & ſeq. Fich. conſ. 40 n. 6. uol. 12. Menoch conſ. 201. n 83 & 98. Cail. 2. obſ 18. Tiraq d. retr. conuent. verb intrà tantum tempus gl 2. Secuti nimirum Bulg. gloſſatorem ueterem in l. cum notiſsimi § 1. d. præſcript 30. uel 40. an. & Accurſ. in l pignori de Vſucap. Siquidem & hypothecariam & pignoratitiam tempore longiſsimo perimi animaduerterent l. 3. & 4.

& d. l.

& d. l. cum notiſſimi arg. l. nec creditores & l. fin. C. de pignor. act. Nec verò ſatis intelligerent, cur facultati pignoris reluendi & pignoratitiæ acquirendæ, tanti temporis ſpatio præſcribi non poſſet: Cum non minus in arbitrio debitoris ſit pignoratitiam acquiſitam intentare arg. l. unic. C. vt nem. acc. uel ag. quam eandem per luitionem pignoris acquirere: Sic itaq; arguunt Quod ſi priori caſu debitoris negligentiam uindicari ll. uoluerunt, poſteriori certè immunis non fuerit per l. 3. & 4. C de præſcript. 30. uel 40. an. ſibi enim quod imputet habet, neq; exiſtimabitur juris ſui iacturam feciſſe quam propriâ culpâ fecit l. quod quis ex culpa l. nemo uidetur l. qui poteſt & ib. Pet. Fab. d. R. I.

B) Periniquum enim foret, ſi quod debitoris libero relictum eſt arbitrio, præſcriptione temporis eidem auferatur per l. via publica & ibi gl. Br. & Dd. com. de uia pub. Bal. de præſcrip. 4. p. 5. part. prin. q. 1. n. 1. & 2. & q. 2. n. 1. Menoch. d. conſ. 201. n. 61. & 97. abſurdum verò etiam, ſi quod non ſuo ſed alieno nomine pignus poſſidet creditor, ex quo & titulo juſto & bona fide deſtituitur l. nullo C. d. R. V. l. un. C. d. uſuc. transf. l. Celſus 27. de Vſucap. VVeſ. in parat de uſuc. n. 11. præſcriptione ſibi acquireret l. malè igitur C. de præſcrip. 30. an. l. 1. Com de uſuc l. pignori l. 21. & ibi Cuiac. l. ſine de Vſuc. ſibiq; poſſeſſionis cauſam ipſe mutaret l. non ſolum § quod uulgo de uſucap. l. 3. § illud quoq; l. quod meo l. qui bona de acquir uel amit. poſ. l. cũ nemo C. eod tit. l. fin. Si pars hæred. itaq; & debito plus conſequeretur, quod in prohibitionem legis commiſſoriæ incurreret per l. fin. C. d. pact. pign. Negus d. m. 3 n. 53 Cuiac. in parat C. de præſc. 30. an. Sanè verum eſt omne jus, omnemq; actionẽ 30. uel 40. annorum præſcriptione tolli l. omnes C. de præſcr. 30. an. Sed id de actionis jure accipiendum eſt, uel eo quod non ex mero alicuius arbitrio uel abſoluta facti facultate pendet ſed ex obligatione quæ perſonæ perſonam obſtrinxit profectum eſt l. 2. C. de pact. int. emp. VVeſ. in parat de reſcind. vend. n. 6. quodq; Dd. jus formatum dicitur uel ratum & radicatum Br. in l. 1. n. 4. de cond. ex lege quale illud eſt quod poſteriori creditori datur l. 7. § eodem C. d. præſcr. 30 uel 40. an. t. tt. C. Si antiq. cred. uel hæredi ut hæreditatem adeat l. licet C. de jur delib. t. tt. de acquir. hæred. Balb. de præſc. 2. p. 3. p. prin. q. 3. n. 9. & p. 51. pr. q. 1. n. 3. & q. 2. n. 1. Menoch. d. conſ. 201. n. 38. Doctè Io. Cop. ſenior in deciſ. ſuis q. 1. n. 40. cum ſeq. Gomeſ. 2.

Quatenus 30 uel 40. an. ſpacio ius aliquod tollatur?

*V. R. c. 2. n. 28. Couar. 1. V. R. c. 9. n. 3. Itaq; & pignoratitiam ſpatio 30. annorum perimi concedimus, quatenus ea nata eſt p. l. 1. § adhæc uerb & ſemel nata eſt, C. de annal. excep arg. l. tantum & ibi gl. verbo, nata eſt C. pro ſoc. Idq; Imp. in l. nec creditores & l. fin. C. de pign. act. velle, ipſe contextus ſuadet, & inſcriptio tituli: atqui non naſci eam antequam pignus repignorauerit debitor certũ eſt, t. tt. de pign. act. & poſtea dicetur, ergo nec præſcriptione tolli poterit, cum non entis nullæ ſint qualitates l. 2 de uſufr. l. 4. locat. l. adeò § quod ſi toto de acquir rer dom. Roſr q jur. 46. n. 12. VVeſ. conſ. 8. n. 27. Nec vero hic quicquam debitoris negligentiæ tribuendum eſt, quod tanto temporis ſpatio pign9 redimere potuerit, quippe cum non tam facile & commodè ad debiti exolutionem deſcendere poßit debitor atq; creditor ad petitionẽ uel perceptionem. Vnde ſi qua per debitorem mora commiſſa eſt, ad præſcriptionẽ non ſatis erit: Nam & filiofam. propterea non obſtat præſcriptio quod non egerit cũ à patre id impetrare potuerit l. 1. § fin. C. de annal. excep. iunct. l. fin. § & filius C. de bon. quæ lib. Cuiac. in d. l. pignori Bronch. lib. ἐναντιαφ: cent. 2. c. 73 Relinquitur ergò rectius & æquius ſentire eos qui facultati pignoris liberandi nullo tempore nec immemoriali quidem arg. c. fin. ext. de præſcr. & c. poſſeſſor de R. I. in 6 quò prolapſi tandem fuerunt Dd. plurimi quos refert Tiraq. d. loco uerſ. hanc partem ſi ſequaris & Schurff. d. conſ. 90. & Crauet. de antiq. temp p. 4 n. 40. præſcribi aſſerunt ſecuti Mart. gloſſatorem veterem cui9 meminit VVeſ. conſ. 2. n. 45. et ſeq. et conſ 12. n 33. et in Par: de uſ e cap. n. 14. & Roger in dial. de præſcr. cui9 meminit Cuiac in d l pignori Goed. Fichard Gail. & Cuiac. d loco Tib. Decian. conſ. 10 n 56. uol. 1. & alij quos refert Menoch. d. conſ. 20: n. 116. & Anton Gabr. lib. 5. C. o. t. de præſcr. concl. 7 n. 1. & 2. ubi hanc opinionẽ magis communem eſſe dicit: pluribus eandem & quidem ad amußim perſequitur Io. Cop. ſenior in deciſion d q. 1. ſimulq; oſtendit quam malè Dd. jus redimendi ex pacto de retrouendendo cum jure pignoris reluendi confundant n. 24 cum mult ſeq. Borch. de uſuc c 6. n 13. Hypp de Marſ tract. de fideiuſ. n 101 quibus & ipſis imperialis judicij aſſeſſores aſtipulari, teſtantur. Gail d. loco & Mynſ. 1. cent. obſ. 16. nec receſſum ab illis hactenus eſſe in terris Saxoniæ probant conſtit. Sax. in manuſcr. c. 1.*

Actio nondum nata præſcriptione tolli non poteſt.

Iuri luendi pignoris nec immemoriali tempore præſcribitur

## XCIII.

Pignore liberato niſi aliæ obſtent cauſæ legitimæ *A)* libere id ad debitorem reuertitur, cui & repetendi eius nomine actio datur pignoratitia directa aduerſus creditorem eiusue hæredem, cui ſoluta eſt pecunia *B)* non etiam tertium poſſeſſorem *C)* ad hoc ut aut pignus reſtituat, aut quantum illum ex bono & æquo facere oporteat, præſtet. *D)*

De actione pignoratitia directa.

*A) ſc. quæ retentioni locum facerent, quarum meminit Bald c. 13 Don c. 6. in f. Duar ad tit. de pig. act, c. 6. in f Et plures eſſe poſſunt l. 1. Quib mod. pig uel hyp. ſol l. 8. § ſi pignori de pignor. act. l. Iulianus § offerri d. Act. emt l. hæreditatis d hær. uel act. uend l. pignorib. C, de Vſuc. Lud. Ro. ſing. 108. & ib. addit Sed præcipua una eſt Si eidem creditori ſub pignore & ſine pignore pecunia debeatur: Soluta enim illa, pignus quidem liberatum eſt ſed propter hanc retineri nihilominus poteſt Quod Gord reſcripto probatur in l. unic. C. Etiam ob chirograph. pec. Br. ſing. 209. & ib addit Hinc conſtat ueritas regulæ. Facilius exceptionem dari quam actionē, facilus res retineri quam peti l. ſed ſi poſſeſſori 11. d. Iureiur. l. ex quib. 51 d. cond. ind. l. Paulus 14. d. dol except. l ſi rem quam 29. § 1. d. euict. l. 1. § cui damus d. ſuperficieb. l. 1. C. Si al. res pig. Hot. ad d. l. unic. Neg. p. 2. m. 3. n. 23.*

Facilius exceptio datur quam actio.

*B) l. 9. § omnis l. 22. l. petenti 77. in f. de pignor. act. quem cauſam pignoris poßidendi legitimam amplius non habere conſtat l. nec creditores l fin. C. de pig. act. § fin Inſt. Quib. mod recontrah. l. 40. d. ſolut. Etſi uel dominij quæſtionē debitori mouere creditor conaretur. Nā & Prædoni hæc actio datur etiam fructuum nomine l. 22. § ſi prædo de pignor. act. & cuicunq; alij qui rem alienam oppignorauit l. 9. § is quoq; qui rem d. t. Negus p. 7. m. 2. n. 9. & m. 3. n. 26. Sic actio commodati itemq; Depoſiti Prædoni dantur l. commodare cum l. ſeq. Commod l. 1. § ſi prædo Depoſit. l. non à judice d. Iudic. Siquidem ita ius eſt ut in ijs contractib. in quib. eum qui dat dominum eſſe non oportet dominij relatio uel obiectio locum non habeat ut docte explicat; Duar:*

Quæſtio dominij contra debitorem pignus repetentem non conceditur.

ad l. ſi

ad l ſi alienam ſol. matrimonio v. Negus d p. 7 m. 3. n. 12. verſ. ſecunda igitur concluſio. Solutam igitur pecuniam eſſe oportet ut pignus liberetur: Liberato demum pignore actio pignoratitia oritur: Ita .n. hæc tria ſe inuicem producunt & generant tanquã mater filiam, filia neptem, nec altero eorum deficiente alteri locus eſſe poteſt. Singulari tamen ratione placuit ut coercendæ improbitatis uel petulantiæ creditoris cauſa, ſi uel ancilla uel aliâ etiam re oppignorata turpiter & malè abuteretur ille, debitori etiã non ſolutâ pecuniâ pignoratitia daretur l. 24. § fin. de pignor. act. Bald. c. 21. in f. Duar. de pig. act. c. 6. Alios caſus notat Neg. p. 7. m. 2. n. 8.

Quando nõ ſoluta pecunia detur pignoratitia

C) Eſt enim perſonalis actio & perſonam non rem perſequitur l. fin. C. d. diſtr. pign. d l. nec creditores l. ſi quis ſeruum & ib gl. d. noxalib. Bald. c. fin. in pr. Hot. tit. 1 in f. Mar. tr. jud. p. 4. diſt. 3 n. 7. VVeſ. in par. de pig act. n. 7. Ex æquitate tamen Canonicâ etiam in tertium poſſeſſorem dari eam communiter receptum eſt per c. cum contra extra de pignor. quod non ſatis probatur Negus p. 7. m. 2. n. 2. Sic et contra eum datur qui à creditore pignꝰ pignori accepit, eſt .n. primi creditoris loco ut not. Bald d. loc. & plurib perſequitur Neg. d. p. 7. m. 2. n. 2. cum ſeq.

D) Non enim in hac actione ſemper certum quid petitur, ſed & incertum hoc modo: Quod te mihi pignoris nomine dare facere oportet ex fide bona § actionum Inſt. d. Act. l. conſenſu d. Actio arg. l. fin. § 1. de pig. act. Hot. c. 1. in f.

## XCIIII.

Damnum itaq; reſarciat, ſi quod dolo uel culpâ eius factum eſt *A)* non etiam ſi quid ui maiori aut caſu fortuito contigit *B)* niſi ſpecialiter ità conuenit, *C)* aut creditor per uim propriâ authoritate pignoris jure rem quandam occupauit *D)* Sanè creditor ſi non tam debitoris quam ſui ipſius cauſâ puta in ſecuritatem crediti pignus accipiat, leuiſsimam quoq; culpam præſtabit *E)* At in pignore Prætorio dolum ſaltem præſtat: quod rationem habet. *F)*

A) ueluti ſi uel res pignorata interierit, aut deterior facta uel

*amiſſa fuerit l. ſi cum uenderet § uenit de pignor. act l 2. l ſi nulla cum l. ſeq. C eod. Si item fundus pignoratus dolo creditoris uenierit l 1. C, Si uend pig ag Vtut enim cætera non præſtet creditor, bonam fidem præſtare omnino tenetur, quia et ipſi bonâ fide pignus traditum eſt Hinc Imp in l. ſicut uim 19. C. de pign Sicut uim maiorem creditor præſtare non habet neceſſe, ita dolum & culpam ſed & cuſtodiam exhibere cogitur, eandemq; diligentiã, quæ in bono patrefam. requiritur l. 14. de pign. act non exactiſsimam: ideoq; nec de leuiſſimâ culpâ tenetur § fin. Quib mod. re contrah. oblig. quippe cum non tam ſui ipſius quam debitoris cauſa pignus contractum ſit prout hoc diſtinctius explicat Iurisconſultus in l ſi ut certo § nunc uidendum. Commod. l. contractus & ib. Delr. d. R. I. Cuiac. 18. obſ. c. 24. Neg. p. 7. m. 3. n. 4*

B) *d. l. ſicut uim & ib. Hot. Nam quæ caſu fortuito cui humana infirmitas reſiſtere non poteſt l. ſi merces § Vis maior Locat: pereunt, ſuo perire Domino dicuntur d. l. contractus l. incendium 11. C. Si cert. pet. Atqui pignoratæ rei dominium penes debitorem manſit l. reſcriptum de diſtr. pig. l. 6. 7. & 8. l. pignus C. de pignor. act. & paſsim conſtat ex ſuperioribus. Ergo: Quod ipſum regulare eſt in omnib. contractib. in quibus nulla intercedit dominij translatio d. l. contractus & ib. Pet. Fab. d. l ſi merces § uis maior l. 2. d. adm. rer. ad ciuit pert. l. is qui in f Commod. l. 1. § ſæpè euenit 23 l. ſi plures 14. Depoſ. § præterea Inſt. Quib mod. re contrah. oblig. v. Conan. 7. com. c 3 n. 7. Franc. Burſ. conſ 196. per tot.* Caſus fortuitus ad dominum rei ſpectat regulariter.

C) *Sic enim ex conuentione contractus legem accipiet l contractus d R. I. c contractus eod. t. in 6. Quod in pignore apertis uerbis Alex reſcripſit in l. quæ fortuitis C. de pignor. act. adde l. fin: § fin de pign act In alijs contractib. idem obtinere probat. l 1. C. Commod l 1. § ſi conuenit & § ſæpè euenit. l. 24. Depoſ. l. ſi domum l. ſi quis fundum de contrah. emt. l. uenditor 13. Com præd f. l teſtatrix § 1. ſi ſeruit. uind l. Iurisgentium § 1. de pact. l. 2. C. de pact. int. emt. & uend.* Caſus fortuitus non niſi ex pacto præſtatur.

D) *Quod facti quadam ſpecie oſtendit Paulus in l. 30. de pign. act. & ib. notat. Br. Salic. & Paul. d. Caſtr. quippe cum uiolentus detentor ſemper in morâ eſſe intelligatur, ut & periculum rei ad eum non immeritò ſpectet arg. l. fin. d. cond. furt. Secus fuerit ſi uel ex pacto uel*

*officio judicis rem occupauerit credior, uim enim non feciſſe uidebitur l. 3. & ib. Hot. C. de pignor. l pignoris C. de pign act. l. debitoris C. d. Iudic. Bald. c. 14. in pr. not. 5. ad th. 47 lit. D. Neg. p 7. m 3. n. 5. Iur. Sax. Etiamſi creditor pignus caſu fortuito amiſſum præſtare non cogatur, crediti tamen ſui amiſsione grauetur* Landrecht *lib 3. art. 5. Auth dif. lib. 1. p. 1. diff. 3. lib. 2. p. 1. diff. 27. VVeſ. in par. de pig act. n. 7.*

Int. l. ſi ut certo § nūc uidendum Com. & l. ſi cum uenderet § fin. de pig, act.

Culpæ uocabulo leuis tantum intelligitur.

E) *Quò pertinet quod in d l. ſicut uim & l. ſi cum uenderet § fin de pignor. act. creditor etiam de cuſtodia teneri dicitur: Cuſtodiam enim leuiſsimæ culpæ opponi & pro exactiſsima diligentia accipi doctè explicat. Cuiac. 19. obſ. 24. Cæterum conſtat ſi utriusq; & debitoris & creditoris cauſa pignus datum ſit cuſtodiæ rationē non haberi l ſi ut certò § nunc uidendum Commod.: d l. contractus Saltem enim dolus & culpa præſtanda uenit. At culpæ uocabulo leuis tantum intelligitur l. in uenditione 8. § de tempore & l ſeq. d. bon auth iud poſs. l. ſi ſeruus 108. § cum quando de leg. 1. l. filiofam. § maritum ſol. matrimonio V. Coraſ 4. Miſc. c. 1 n. 12 Vult. 1. diſcept. 15. Vnde & commodatum in quo leuiſsima culpa præſtatur à pignore ſeiungitur d. § nunc uidendum: Quod cum non ſatis animaduerteret Hotom. in d. l. ſicut uim diuerſas Iurisconſultorum ſententias hac de re fuiſſe exiſtimauit, q. vero Iurisconſultus idem, qui hoc loco Vlp. eſt, in d. l. ſi cum uenderet & d. l. ſi ut certo de re eadem diuerſum ſtatuiſſet ſibiq; ipſe contra dixiſſet: Verior itaq; Cuiac. explicatio eſt.*

F) *Ideoq; meliorem eius conditionem Iurisconſultus dicit, qui ex authoritate Prætoris pignus conſtitutum habet, quam qui ex conuentione l. Prætor ait § eſt prætereà d. bon. auth. iud. poſ. Etenim quia illud inuito q acquiritur, iniquum fore exiſtimatum eſt, ſi & culpa & negligentia præſtari deberet: Certè creditoris contumaciæ adeò indulgendum non erat. Bald. c. 21. in f Negus p. 7. m. 3. n. 11. Sic & executorem ſi ex cauſa judicati pignora capta uiliori pretio diſtraxiſſet de dolo conueniri poſſe. Vlp. ait in l ſi pignora d. euict. l 3. § ſi executor d. neg. geſt. Bald. c 8.*

XCV.

In hanc actionem & fructus ueniunt, quos percepit, aut percipere creditor potuit *A*) Item ſuperfluum pretij, ſi pluris res uenierit quam debitum fuit *B*) aut ſi aduerſus furem in ſolidum egerit, & plus debito conſecutus ſit *C*)

A) *ſ. uel in ſortem uel in uſuras ſi uſurarium ſit debitum, uel etiam in impenſas per l. fructꝰ ſol. matrimonio l. ſi à patre § fin. d. Pet. hær. & utrobiq; dd. Coler. in proc. exec. p. 2. c. 3. n. 300. God. conſ. 17. n. 18. Io. Cop ſenior deciſ. 22. n. 18. imputentur, & quod reſiduum fuerit exoluatur l. 2. 3. & fin. C. de pignor. act. l. 22. § ſi prædo eod. tit. l. 1. C. de diſtr. pign. l. ex prædijs C. de Vſur. c. illo c. cũ contra extra de pig. Creditor enim quærendorum fructuum juſtam rationem non habet, cum dominus non ſit fructus autem dominium ſequantur l. ſi dominiũ 9. C de pignor. Huc pert. quæ S. ad th. 48. lit. C. & ad th 64 not. & quæ Couar. tradit 3. V. R. 18. n. 4. VVeſ. conſ. 3. n. 26. Menoch conſ. 201. n. 107. Crau. conſ. 646. n. 12. Natt. conſ. 536. n. 18. & ſeq. Negus 5. p. m. 5 n. 11. & ſeq. Io. Cop. ſenior deciſ. 22. n. 13. ubi aliquot limitationibus hanc concluſionem declarant.*

Fructus ſequuntur dominium.

B) *l. 6. & 7. de pignor. act. cum ſimilib. quæ not. ad th. 65. lit. E.*

C) *quod Vlp. explicat in l. 22. de pignor. act. & l. creditoris 25. de furt. v. Neg. p. 7. m. 2. n. 24. uerſ. tertio decim.*

## XCVI.

Quin & peti poſſe Vlp. placuit, ut creditor cum pignus reddit repromittat rem eius dolo non factam eſſe deteriorem, ſed talem reſtitui qualis tempore obligationis fuit.

*l. creditor 15 de pignor act. VVeſ. in par. h. t. n. 7. Et nudâ quidem repromiſſio per cautionem ſimplicem ſufficiet etſi non accedat fideiuſſor quod gl. uult in d. l. debitor § fin. de pig. act. hoc enim ſatisdationis eſt: quæ repromiſſioni opponitur l. 1. § 1. de Stip. præt. not. Salic. ad d. l. creditor. per l. 1. qui ſatisd. cog. & l. ſancimus C. de v. S. Negus. p. 7. m. 3. n. 6.*

## XCVII.

Hæc actio cum nata fuerit longiſsimi temporis præſcriptione tollitur.

*Intel. l. nec creditores & l. fin. C. de pig. act.*

*Exemplo aliarum actionum perſonalium quas omnes 30. annorum ſpatio perimi Imp uoluerunt in l. 3. & 4. C. præſcript 30 uel 40. an. & ib. Cuiac. in par. & d. præſcript. c. 30. l. 1. § adhæc C. d. an. except. Negus p. 6. m. 2 n 19. Et in pignoratitia actione id apertè probat l. nec creditores & l. fin C. de pignor. act. Quib. ità reſcriptum eſt Creditores longi temporis poſſeßione contrà eos qui pignoratitiâ egerint ſolutâ pecuniâ tueri ſe non poſſe Ergò longiſsimi temporis ſpatio tuti erunt: Et hanc Imp. mentem fuiſſe ſatis arguit l. neq; mutui C. Quib. non ob long. temp. præſcript & probat ex auth. Græci cuiuſdam Interpretis Cuiac ad l. ſi pignori de Vſu. Borch. de Vſur. c. 6 Hot. t. 1. in f. & Bald. c. 20 Etſi non deſint qui alium iiſdem ſenſum affingant. Balb. d. præſcript. 5. part. pr. q. 3. Couar. & alij S. ad th. 92 lit. A allegat.*

## XCVIII.

*De actione pignoratitia contraria.*

Creditori uerò etiam actio pignoratitia contraria *A)* datur, quâ id quod ſibi ratione pignoris debetur perſequitur: Inprimis ſumtus ſi quos in rem pignoratam fecit *B)* etſi modici fuerint *C)* neceſſarij tamen nec debitori oneroſi quod â judice diſpiciendum fuerit *D)*

*Cur & quando diſpares ex contractu oriantur actiones?*

A) *l. Tutor 16. § contrariam l. 26. de pignor act. Sed cur diſpares ex hoc contractu & nonnullis aliis, ex commodato, Depoſito, Mandato, negotijs geſtis, tutelâ, oriuntur actiones? Probabile eſt quod VVeſenb. in par. de pign. act. in f. affert cui correſpondet Duar: ad tit. Commod. c. 3. & Coraſ 6. Miſcel. c. 6. quia alterius contrahentis cauſa inprimis & principaliter agitur, alterius ſaltem per conſequentiam, unde huic contraria datur illi directa: Directa quidem, quia rectè & immediatè ex ipſo contractu uenit, & id quod principaliter in contractum deductum eſt, perſequitur: Contraria vero quia contra primam contractus naturam, ſaltem ex æquitate conceditur, quam propterea ex nullo contractu propriè naſci Iuſt. dixit § igitur & § tutores d. obligat quæ ex q. contr. At ubi par utriuſq; contrahentis in obligatione conſtituenda ratio eſt, par etiam & æqualis utrinq; naſcitur actio ut in emto, uendito,*

Locato, conducto Aliter tamen explicat hanc rem Accurſ. in l conſenſu verb conſentire d. A. & O. quem ſequuntur Br. & DD. in l. curatoris C. d. neg geſt. Schn. in § omnium Inſt. de Act. n. 4. Negus p. 2. m. 3. n. 13.

B) Quorum nomine & retentionem habebit l. ſi neceſſarias in pr. de pignor. act. ex uulgata regula juris, qua fortius eidem exceptio dari dicitur cui competit actio l. inuitius & ib Petr. Fab d R I. Fauorabilis uimirum ea impenſarum deductio ſemper exiſtimata fuit, ut Iulianus dixerit nullum caſum interuenire poſſe, qui eam impediat. l. fundus qui dotis fam. herciſ. l fructus 7. § impendia ſol. matrimonio l. ſi à domino § fin. d pet hær. l. fructus l. fin d. op. lib. Col d. proc. execut. p 2. c 3. n. 300. latè Tiraq d retr lig. gl 1. n. 1. & 2.

Impenſarū deductio fauorabilis eſt.

C) Eos enim hic non diſtingui ab aliis, ſicut in commodati actione monet Duar ad tit. de pign act. c. 9 uerſ. alia cauſa & rationem addit quia commodatarius re commodata utitur, vnde modicarum impenſarum onus merito & naturali quidem ratione ſuſtinet l. in reb. § poſſunt l. 22. Commod. At creditor pignus cuſtodit ſaltem & tantum abeſt ut eo uti poßit, ut etiam ſi utatur furti teneatur l. ſi pignore 55. d. furt. § furtum Inſt. de oblig. quæ ex del maximè ſi res mobilis ſit arg. l. 7. C. d furt. & eorum quæ S. not ad th. 48. lit. C. Eadem ratione & minores ſumtus in depoſiti actione contraria uenire ICtus innuit in l. actione depoſiti 23. Depoſ. Quænam autem modica impenſa ſit, quæ magna, certò definiri non poſſe Vlp monet in l. pen. d. Imp. in reb. dotalib. ſact relinquetur itaq; arbitrio judicis, penes quem alias tota de impenſis quæſtio reſidet arg l 32. de Vſur. in pr. & eorum quæ mox ſequuntur Duar d. t d. commod. c. 5 VVeſ in par. d. Imp. in reb. dot. fact. Io Cop. ſenior deciſ. 22. n 20.

Modicæ & magnæ impenſæ iudicis arbitriò definiuntur.

D) Et mediè quidem ut Vlp. monet in l. ſi ſeruos 25. ſ. ne uel delicatus debitor omninò uel etiam oneroſus creditor audiatur h. e ut utriq; conſulatur & mediocritate quadam res dirimatur ut Paulus loquitur in l. Neſennius d. neg. geſt. V Paul d. Caſtr in d. l. ſi ſeruus de pig act. Neg. p 7 m. 3. n. 17. & ſeq. Nat. conſ. 136. n. 14.

## XCIX.

Sic quoq; ſi rem alienam uel obligari prohibitam

 pignori

pignori dedit debitor *A*) ſi in conuentione pignoris creditorem decepit *B*) ſi falſâ ſolutionis ſpe oſtenſâ pignus recuperauit *C*) hac actione tenebitur, ut indemnem creditorem præſtet *D*) quamuis & illis caſibus ſtellionatus nomine in eum animaduerti poſſe Iuriſconſulti reſponderint. *E*)

A) *l. tutor 16. § 1. l. 32. de pignor. act. ſ. ut uel alio magis idoneo pignore creditori caueat, uel id quod intereſt præſtet ſecundum gl. in d. l. 32. vide Neg9. p. 7. m. 3 n. 20. Quod tamen cum diſtinctione accipiendum eſt, ſi non rei conditionē creditor ſciuerit ut not S. ad th. 30 lit. D. & E. & Iuriſconſultus monet in d. l. 36. § 1.*

B) *ueluti ſi æs pro auro pignori ſuppoſuit l. 1. & 36. de pignor. act ſi rem morboſam & uitio quodam laborantem obligauerit d. l. 16. Negus. p. 7. m. 3. n. 23.*

C) *l. 3. d. t.*

D) *dict. jurib. Et eò quidem caſu ſi ſeruum furem ſciens pignori dedit debitor, omnimodo indemnem creditorem præſtabit nec liberabitur ſi ſeruum noxæ dedere paratus ſit. Quod ipſum & in ſeruo Commodato, Depoſito, Locato, in dotem dato, uendito paſſim Iuriſconſulti ſtatuerunt l. pen. Commod l. ſi tibi domum Locat. l. ſi mulier § at ſi in dotem Rer. amot c. cum autem § Iulianus l. quæ ratio d. Aedilit edict l. ſi ſeruus Titij d. leg. 1. Sed diſtinctius perſequi uoluit Affric. in l. 61. per aliquot §§ d. furt. quem v. adde Cuiac. tr. ad Affr. 8. mihi pag. 428. Negus p. 7. m. 3. n. 22. uerſ. quartò competit.*

E) *d. l. 1. l. 36. § 1 l. 36. d. t. Quotieſcunq; enim dolus & impoſtura uel alia quælibet fraudulenta debitoris machinatio argui poteſt, ſtellionatus crimen Commiſſum dicitur l. 1. d. crim. ſtellion. Duar. ad tit. de pignor. act. c. 3.*

C.

Quinimò, quod Coronidis loco ſit, creditorem qui ſe probet ultrà dimidium iuſti pretij læſum eſſe, beneficio

beneficio l. 2. C. d. reſcind. uend. adiuuari poſſe, nonnullis forte placuit *A)* Nobis haud probabile uidetur. *B)*

A) *Aret in l. ſi quis cum aliter 36. d V.O. quem refert Pinel. ad d. l. 2. p. 2. c. 1. n 20. Eo autem caſu lædi creditorem ultrà dimidium juſti pretij aſſerunt quando uice ſolutionis alia eidem ratione ſatisfit, uel quando alijs pignorib' ſibi caueri patitur, quæ nec ad dimidium ualoris eorum, quæ ante obligata fuerunt, accedant.*

B) *tum quod juris aperti ſit pignorib. alijs caueri non poſſe creditori niſi uolenti l. 10 de pig. act l. 6, quib. mod. pig. uel hyp. ſol. tum quod Vlp. in l ſi rem alienam § omnis de pig. act. expreſſè ſcribat, toties ſatisfactum creditori uideri quoties â pignore recedere uoluit, uel quoties ut ipſe uoluit ſibi cauit, licet in hoc deceptus ſit. Tenet igitur ſatisfactio etſi deceptus ſit creditor: Quod reſtringunt illi, niſi ultra dimidium deceptus fuerit. Sed absq; ratione: Quorſum enim beneficium l. 2. cum quæ hic uerteretur deceptio, etſi grauior fortè, tanti præiudicij non fuerit, quin creditori nihilominus integrum ſit, relictâ quæſtione de pignore principalem intentare l. creditor 28. d. reb. cred. Neg. 5. p. memb. 1. n. 42. fac. not. ad th. 88. lit. C. aut vero etiam de pignore, in quo deceptus eſt, pignoratitiã contrariam quã toties quoties iuſta ratio & æquitas ſuadeat, indemnem ſeruari creditorem nomine pignoris aduerſus debitorem competere certum eſt & non obſcurè Vlp. oſtendit in l 22. in f. de pign act. Duar. ad d. tit. c. 9. Bald. c. 21. in f. Vix igitur eſt ut Aret. & aliorum qui eum ſequuntur opinio ſubſiſtat, quam nec ſatis probat Negus & Pinel, d. loc. quippe negatiuam ex auth. DD. quos citant ſæpius receptam fuiſſe aſſerunt.*

M. Δ. T. Θ.

FINIS.

*Errata præcipua, quæ irrepſerunt, lector beneuolus ex ſequent. facilè corriget.*

Pag. 6. lin. 10. poſt vocab. debitam adde verb. per ſequentib⁹. pag. 7. lin. 3. pro adm. tut. lege, de tut. & ration diſtrah. pag. 8. lin. 26. verbo geſtæ adde voc. tutelæ pag. 13. lin. 30. pro creditoris lege conductoris, pag. 15. lin. 5. particulæ nam præpone lit. l. pag. 19. lin. 6. pro contra lege q. pag. 20. lin. 14. pro ſi is cui §. quis poteſt lege is cui §. quæri poterit, pag. 21, lin. 29. pro tabernã lege cũ tabernã pag. 24. lin. 25. poſt verb. communiter adde, de reb. cred. ibidẽ lin. 30. verbo teſtatur antepone lit. B. & lin. ſeq. poſt. n. 8. lege arg. c. nulli ext. de reb. Eccl. non alien. Et pag. 25. lin. 24. pro immobilia lege mobilia. pag. 26. lin. 9. pro voluerunt lege noluerunt. pag. 27. lin. 23. pro tamen lege tantum. pag. 28. lin. 23. pro contra lege q. pag. 29. lin. 21. pro liberũ lege liberè. pag. 30. lin. 18. pro ſint lege ſit & lin. 30. vocab. jure expunge pag. 31. lin. 15. pro quã, lege, quãdo. pag. 22. lin. 6. pro debitor 72. lege debitore 32. pag. 33. lin. 20. pro itam lege ita ut pag. 35. lin. 29. pro vir lege mater pag. 36. lin. 5. pro §. lege §. fin. & lin. 8. pro donat. lege donat. int. vir. & ux. pag. 37. lin. 28. vocab. rem præpone lit. l. pag. 40. lin. 10. poſt n. 19. lege de uſuris, & mox, pro uſufructuarium lege uſufructuarius Et lin. 24. verb. ſeruit adde, ruſtic. præb. et lin. 26. poſt uerb. tuetur lege nec pag. 42. lin. 29. pro 2. pone 7. pag. 43. lin. 24. pro nequit lege poteſt & lin. 31. poſt c. 8. pone n. 40. pag. 48. lin. 28. pro tabernam lege cum tabernã. pag. 50. lin. 24 pro contrahitur lege res hypothecæ. pag. 51. lin. 9. pro ubſidiũ lege ſubſidiũ. pag. 54. lin. 27. pro uſuris lege jureiur pag. 56. lin. 16. pro omnino lege oratio. pag. 60. lin. 30. pro poſſeſſorem lege poſſeſſionem

*Cætera non animaduerſa lectoris induſtriæ relinquuntur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0146-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0149-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0150-4

ULB Halle 3
003 254 984

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0151-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0152-5

No 277. 18.

ASSERTIONVM

# DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS CENTVRIA

*Quam*

EX IVRIVM FVNDAMENTIS
CONTEXTAM, ET TVM VETERVM
tum recentiorum Interpretum notis ac argumentis
illuſtratam

*SVB*

Auſpicio Diuini Numinis

*In illuſtri Academia Francofurtana*
*cis Viadrum*

publicæ diſquiſitionis eſſe voluit

*GEORGIVS HEINRICVS*
*BOLFRAS. J.V.D.*

*Reſpondente*

IVSTO BRVNINGIO HAL-
LENSI VVESTPH. LL. S.

*Prioris partis themata 8. poſterioris 15 Iulij diſcutientur,*
*in auditorio maiori hora 7. matutina.*

IMPENSIS FRIDERICI HARTMANNI BI-
bliopolæ, & Typis Nicolai Voltzij Anno 1596.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214603-p0153-0